

6780375

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	
Estante	
Tabla	
Número	285

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	35
Número:	439



B. 120/4 34

CATALOGVS
 IMPERATORVM,
 REGVM AC PRINCI-
 PVM QVI ASTROLOGICAM


artem amarunt, ornarunt & exer-
 cuerunt: quibus additæ sunt

*opus cum exp.
 permissis*

*Astrologica quadam prædictiones vera ac mirabiles omnium
 temporum, desumpta ex Iosepho, Suetonio, Tacito, Dione, Xi-
 philino, Cuspiniano, & aliis, ex quibus certitudo ac veritas
 harum disciplinarum colligi potest.*

A D I E C T V S est præterea tractatus de annis Clima-
 tericis, vnâ cum variis exemplis illustrium viro-
 rum qui annis iisdem & præfertim anno 49, 56. &
 63. periere: verus insuper nonnulli de Planetis ac
 signis, mensumque laboribus; quæ omnia tam le-
 çtu iucunda, quam scitu necessaria videntur:

Collecta ab HENRICO RANTZOVIO, ac edita *Aurto*
 à Theophilo Siluio, anno M. D. LXXX. *damna*




*Corrigido confor-
 me a expungido
 año de 1637.*

Do del marmes

ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini,
 Architypographi Regij.

M. D. LXXX.



86

B. 120/4 2 31


CATALOGVS
IMPERATORVM,
REGVM AC PRINCI-
PVM QVI ASTROLOGICAM

artem amarunt, ornarunt & exer-
cuerunt: quibus additæ sunt

apud cum exp. permiss.
*Astrologica quadam prædictiones vera ac mirabiles omnium
temporum, desumpta ex Iosepho, Suetonio, Tacito, Dione, Xi-
philino, Cuspiniano. Et aliis, ex quibus certitudo ac veritas
harum disciplinarum colligi potest.*

A D I E C T V S est præterea tractatus de annis Clima-
tericis, vnà cum variis exemplis illustrium viro-
rum qui annis iisdem & præsertim anno 49, 56. &
63. periere: versus insuper nonnulli de Planetis ac
signis, mensumque laboribus; quæ omnia tam le-
ctu iucunda, quam scitu necessaria videntur:

Collecta ab HENRICO RANTZOVIO, ac edita *Ant. 2.*
à Theophilo Siluio, anno M. D. LXXX. *Ganna*




*Corrigido confor-
me a exp. g. de
ano de 1677.*

ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

M. D. LXXX.



ORIGENES.

Quemadmodum potestas humana
minimè tollitur, quamuis Deus, quæ-
cumque facturi sumus, præuideat; sic
etiam signa quæ ad significandum ordi-
nata sunt, diuinitus libertati nostræ ne-
quaquam officiant. Sed est vniuersum
cælum, quasi liber quidam apertus, om-
nia futura in se scripta continens.

*Si quis es, aut cæco volui mortalia casu,
Aut mundum ex atomis qui coïssse putas;
Aspice quæ rerum series? ut corpora certa
Conficiunt cursus lege superna suos?
E specie species eadem generatur eadem,
Annus habet stabiles noxq; diesq; vices.
Esse creatorem, cui sint mortalia cura,
Quiq; suum nunquam deserat auctor opus.
In quo seu prima requiescant omnia caussa,
Vnde velut riuos caussa secunda trahat.
A quo principium nostri manauerit ortus,
Vnde modus, numerus, tēpus & ordo fluant.*

THEODORETVS
EPISCOPVS CYRI.

DEVS gubernat hanc rerum vniuersitatem conditor, nec vt faber discedit à naui exstructa relinquēs eam nauis gubernandam. Sed idem est, & fabricator nauis & materiæ plantator & gubernator, clauum tenens. Cuius rei testis est tot annorum conuersio & temporis diurnitas, nihil omnino detrimenti huic naui afferens. Sed eam saluam atque integram non modò primis hominibus, sed etiam vniuersæ posteritati ostendens.

LE-

LECTORI S.



COLLEGIMVS, Lector, Siluulam quandam exemplorum, quæ ostendunt Astrorum scientiam à summis ingeniis, tam in Ecclesia, quàm extra hanc, semper fuisse expetitam: atque in hac plerosque ita versatos esse, non vt fallacibus somniis (quemadmodum nonnulli artem calumniantes scribere non erubuerunt) se & alios deciperent: sed vera, & nisi à prima causa secundæ inhibeantur, certo euentura prædicendo, æterni sibi nominis famam ab arte compararent. Hisce exemplis, quæ excitandis bonis ingeniis ad amandam, maioreq. quàm antehac studio cognoscendâ doctrinam astrologicam sufficere videbantur, adiecimus tractatum, breuem quidem, sed in primis utilem & scitu necessarium, de annis Climactericis, in quibus insignes maximè in hominis vita & valetudine mutationes accidere, experientia quotidiana testatur; atque eundem compluribus exemplis, tam ex sacris, quàm profanis scriptoribus petitis illustrauimus: vt homines liberaliter doctos ad considerationem harum rerum, quæ ad regendam valetudinem plurimum faciunt, inuitaremus. Estq. digna sanè homine non sordidè educato diligentia ita

in harum rerum studio versari, vt & pietas erga Deum in animo accendatur, & diligentia in regēdis moribus ac tuēda valetudine acuat. Etsi autem tota doctrina de Astrorum viribus in hęc inferiora corpora amplior est, quàm vt capi ab humani ingenij angustia possit; idque vel Dei ipsius testimonio, qui Iobum alloquens ait c. 38. Numquid nosti statuta cæli? Nunquid dominiū eius ponis in terra? Quod dictum non tantum ad Sphærarum & singulorum siderum aut stellarum motum pertinet; verum etiam ad earundem influentiam, quam vocant, spectat & potestatem quam Deus illis attribuit, nobis demonstrat. Atque huc respiciens Eusebius lib. Præparationis Euangelicæ 6. rectè ait: πολλῶν μείζον ἢ κατὰ ἀνθρώπων τὸ δύνασθαι κατὰ ἀλήθειαν ἐπιλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἐνάσου τῶν ὅτι ποτε οὐκ ἐνεργούντων ἢ παχόντων: tamen ars ipsa vel propter amplitudinem vel difficultatem negligenda prorsus aut in odium vocanda non est. Nam dum statuta seu decreta atque inde potestatem seu præfeturam stellis tribuit vox diuina; quid aliud quæso innuere videtur, quàm quod paulo antè in eodē capite de Virgiliis & Orione dixerat Deus, in hęc inferiora corpora humana, cælestia agere quàm efficacissimè, & mutationes non tantum in ceteris animantibus; sed etiam

etiam in hominum corporibus efficere planè stupendas? Eas verò omnes adedò varias & crebras esse, vt captum humani ingenij superent, nec explicari vlla oratione à nobis possint. Plenam igitur & perfectiorem huius artis cognitionem propter rerum amplitudinem, humani ingenij imbecillitas assequi nequit. Neque tamen quod diximus, ars ipsa propterea à nobis abijcienda est, aut damnanda: quemadmodum & ceteræ disciplinæ, quibus perdiscēdis humanæ vitæ fugacitas aut ingenij fragilitas non sufficit, hoc nomine minimè à nobis fastidiuntur. Non explicat ars medica exactissimè omnium morborum causas aut remedia: Et, vt Hippocrates scribit, Ars ipsa est longa, vita verò breuis, & experimentum fallax: sæpe etiam medici qui artis præcepta rectè tenent, cum est periculum faciendum, aut morbo monstrato, remedium adhibendum, non rectè iudicant nec conuenientia pharmaca præscribunt, errore videlicet iudicij in accommodandis artis præceptis ad morbum ægrotantis decepti. An propterea medicam artem dixerit quispiam ab hominum vsu remouendam, nec vlla ab arte morborum remedia esse perenda? Haud opinor: Quamuis enim tenuia admodum artis sint initia, quæ nonnulli magno cum fructu & multorum salute profitentur, & nequaquam ad illam per-

fectionem quæ ad constituendam integram artem pertinere videtur, accedunt: nonnumquam etiam error in iudicâdo à maximè prouidis & exercitatis committitur: tamen si quis hæc ipsa quæ rectè à medicis præscribuntur præcepta aspernari aut fastidiosè reijcere velit, non sui tantùm ipsius, sed publicæ hominum salutis hostis à sanæ mentis hominibus, iudicabitur. In vtraque Ecclesiæ doctrina tam legis quàm Euangelij, quàm multa sunt arcana & mysteriis inuoluta, quæ captum humani ingenij, dum vitâ in terris agimus, effugiunt! Neque enim frustra à Paulo dictum est: Israelitas in faciem Moïsi detectam intueri propter fulgorem non potuisse, atque idem nunc cernere nos per speculum in ænigmate, atque ex parte cognoscere affirmat, eo quòd initia quædam obscura admodum ac tenuia sapientiæ cælestis ex verbo patefacto ductore & mōstratore S. S. haurimus. Numquid propterea doctrinam hanc perpetuo silentio obruendam aut ab hominum vita exterminandam dicemus? absit. Nam si quis non dixerit secundum verbum hoc (ait alicubi propheta) non erit ei lux matutina. Doctrinæ verò Astrologicæ, etiamsi non eadem est, quæ verbi diuini necessitas: eadem tamen est, quæ nobis studium huius commendat, ratio. Nam cum Deus ad Iobum ait, non totam comprehendi in hac

vita

vita posse, artis quidem amplitudinem commendat atque è regione humanæ naturæ infirmitatem ac fugacitatem hoc argumento confirmat. Interea tamen cum ait, non otiosa esse hæc corpora cælestia; sed quæ certum atque aliunde concessum dominium potenter exerceant, ac quotidie variatis configurationibus, sui imperij decreta publicè spectanda & quasi legenda omnibus proponant, simul vult nos in huius opificij sui consideratione non oscitanter, sed cum quadam attentione versari. Eamq. ob causam, vt est in Ouidij versu;

*Os homini sublime dedit cælumq. tueri,
Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.*

Ita enim conditus est homo, non tantùm vt pulcherrima hæc corpora aspiciens, voluptatem momentaneam & fugacem ex lucis vsura caperet: sed vt sapientiam, potentiam & φιλευσθεωσίαν Dei in his operibus inuestigaret, atque eandem deprehensam perpetua animi gratitudine celebraret. Vt non ineptè Plato dixerit, Astronomiæ causa oculos hominibus datos esse. Nam ab astrorum contemplatione & scientia homines ad agnitionem Dei ducuntur facilius: atque vt in pietatis cultu felicius proficiant, certissimis huius prouidentia testimonij conuicti subinde se exultant. Faciebat id Dauid cum diceret: Quoties aspicio cælum opus digitorum tuorum, Lunam

A 5

& stel-

& stellas quas tu firmasti, atque ita concinnè in suis domiciliis disposuisti: toties subit animum meum hæc cogitatio: Quid est homo quòd memor es eius? Et filius hominis quòd curam eius agis? aut cùm Psalm. 19. Solem & ceteras stellas perpetuos & canoros prouidentia diuinæ præcones faceret. Et Iobus perpetuus est in celebranda Dei potentia, quæ nulli magis quàm in astris atque horum efficacia cõspicitur. Horum igitur exempla imitemur; nec obliuione aut ingratitude detestanda, hæc insignia prouidentia erga nos diuinæ testimonia sepeliamus. Atque hæc prima & præcipua causa est, quæ nos inuitare ad hoc studium debet. Sunt verò & aliæ non contemnendæ huius doctrinæ utilitates, ex quibus paucas hinc subijcio. Nam dum stellarum vires aliquanto propiùs intuemur, & quid ex vario earundem concursu aut configuratione portendatur, paulo attentius consideramus, fieri aliter non potest, quin studium & cura inuocationis diuinæ in nobis crescat. Nam si quid læti ab his ostendi animaduertimus, id piis votis ac spe ita prosequimur, vt à Deo moderatore omnium rerum cõfirmari, & felices tam consiliis quàm actionibus nostris tribui successus petamus. Econtra verò si periculum aliquòd aut valetudinis incommodum ab astris impendere videamus, id primo quoque tem-

pore

pore pia & ardenri precatione auertere studeamus. Nam vt fata mouere Deus, ita tollere fata potest. Neque enim his astrorum significationibus aut aliis caussis externis ita alligatum est numé cælestè, vt aliter agere, quàm illæ mouent, non possit. (Quemadmodum Stoici indissolubili nexu primã causam cum secundis falsò coniungunt, & Homerus ad hanc caussarum seriem respiciens, auream catenam à qua omnes dij pariter & dæx pèdeant è cælo in terram demissam esse fingit) Sed liberrimè vt cursum, ita & vires stellarum moderatur: nuncquæ pœnas pariter vt verbo ita & astris denunciatas ad thronum gratiæ confugientibus paterna bonitate mitigat, aut etiam si ita expediat, tollit prorsus: nunc easdem impœnitètibz exasperat. Id quod Niniuitarum exemplum & omnium sanctorum historia ostendunt: & nos in veris pœnitentiæ exercitiis experimur. Adcò igitur non tollitur piæ inuocationis vsus, si astrorù efficaciam aliquid tribuatur (quemadmodum homines profani aut ignari huius artis calumniantur) vt contra potius ad pœnitentiæ & inuocationis exercitia hinc quammaximè excitemur, & Astrologiæ studium pietatis adminiculum sit egregium. Sed omissis his quæ ad pietatem spectant, etiam cetera quæ ad hanc vitam civilem rectè instituendam pertinent, considerare-

mus.

mus. In quo primùm illa consilia quæ de vitæ genere deligendo instituuntur, occurrunt. Nam vt Herculem fingit Prodicus, cum ad annos pubertatis peruenisset, quasi in biuio constitutum, & de certo vitæ genere deliberantem obuias habuisse virtutem & voluptatem: quarum vtraque adductis in medium argumentis ad persuadendum idoneis in sua castra pertrahere iuuenem rerum omnium adhuc imperitū est conata: ita dum singulis hominibus cogitationes illæ de certo vitæ genere deligendo in animis oboriuntur, maximum in hac deliberatione vsum habet astrorum doctrina. Nam si verum est, quod dici solet: Tu nihil inuita dices faciēsve Minerua: & ex astris cum de temperamento cuiusque, tum verò etiam de moribus, qui huic, vt Galenus eruditè demonstrat, maxima ex parte respondent, iudicari quàm rectissimè potest; quis non videt hanc diligentiam, ab homine rationis non experte requiri, vt collato cum iis quas in se deprehendit naturæ inclinationibus astrorum positu, quo maximè studio delectetur aut trahatur, cogitet & inquirat aliquanto diligentius: atque inde in deligendo vitæ genere honesto & suo ingenio accommodato profequatur ea media, quæ ad institutum illud tenendum quamplurimum faciant: atque ita iuxta Ptolemæi præceptum cælesti operationi suo

suo studio subseruiat, non aliter vt optimus agricola arando & similibus operis rusticis naturam adiuuat studiosè. Econtra si abripi se à naturæ impetu ad studia non concessa cum ex animi motibus turbidis & incompositis, tum verò ex congruentibus astrorum significationibus animaduertat, mox id vitium arte, hoc est pietatis cultu & virtutis studio indefesso, vt corrigat, operam det sedulò. Quèadmodum Socratem fecisse legimus de quo Chiromantes aut Metoposcopus, cum indicasset hominem eum esse moribus flagitiosiss. ac corruptissimis præditum, atque ob id à discipulis, quibus perspecta esset præceptoris virtus, non tantum rideretur, sed etiam reprehenderetur acerbius, tacere eos Socrates iussit; seque talem nisi arte & studio prauos naturæ impetus maturè correxisset, futurum fuisse affirmavit. Deliberationem de vitæ genere sequuntur actiones & studia non tantum in vita priuata, verum etiam in republica: in qua administranda quàm multa occurrunt, cum laboris, tum periculi plena, quæ rectissimè nonnunquam expediri possunt, si mediocris huius artis cognitio ad cetera adminicula adiungatur. Id quod vel ex vnius Nicia, Atheniësum ducis, historia cognosci potest. Qui ignarus huius artis cum abducere exercitum ex Sicilia decreuisset turbatus sub discessum Eclipsis » cōspectu

specu cum quidem tuto discedere tunc potuisset, & ut Philochorus dicebat, Signum caeleste non tam aduersum quam utile esset fugienti, navigationem institutam omisit, eamque in proximum mensem differendam censuit. Interea vero ab hostibus victus, miserum cum exercitu numerosissimo periit. Quod si etiam Alcibiades, qui auctor fuit populo Atheniensi suscipiendae huius in Siciliam expeditionis obtemperare initio consilio Metonis Astrologi praestantis. voluisset, nec tantum exercitum, in quo robur urbis erat positum, praesenti periculo obiecisset, nec patriam in perpetuam & tristem seruitutem ex libertate & potentia summa praecipitasset. Nam certe clade illa Sicula (quam Meton ex Eclipsi Solis totali, quae initio belli Peloponesiaci conspecta est, & aliis causis caelestibus prauiderat) ita fractae sunt Atheniensium vires, ut postea Lacedaemoniis hostibus pares nequaquam fuerint: & post aliquot annos ad Aegos Potamos a Lyfandro deuicti atque obsidione ad faciendam deditionem coacti imperium maritimum vna cum Repub. amiserint. Sed haec pars ita late patet, ut si pro dignitate dicendum de ea nobis esset, integro & satis quidem grandi volumine res absolui posset. Itaque hanc abrumpo, & de eo quod de valetudine regenda paulo ante attigimus, nonnihil adijcio. Hic vero

adeo

adeo insignes ac manifestas monstrat haec doctrina utilitates, ut si aliae causae nullae essent, quae nos ad hoc studium inuitarent, haec sola sufficeret. Videmus si vena in eo corporis humani membro incidatur, cui signum in quo Luna eodem tempore decurrit, dominatur, numquam ferè sine noxa aut insigni valetudinis laesione illam sectionem abire. Animaduertimus item criticis diebus quos medici in morbis praesertim acutis diligenter obseruari iubent, humores in corporibus male affectis moueri, & quidem ita, ut vel morbus succumbente natura agrum opprimat, vel natura discussis noxiis & prauis humoribus sese recolligat, & tandem contra vim morbi insurgens eundem feliciter superet. Hanc rem totam (ut de ceteris paene innumeris nihil dicam) ab astrorum significationibus & influentiis pendere, nemo est qui non intelligat: aut si negare quis velit, is ad experientiam, quae stultorum est magistra, si ablegetur, fateri tandem quod res est, habebit necesse. Quum autem iuxta veterum admonitionem optimum sit recte valere, profecto digna est homine ingenio haec cura, quae causas mutationum in suo corpore, quae cum aliquo periculo sunt coniunctae, inquirat, eaque omnia quae obesse valetudini intelligit, summo studio anteuertere aut amoliri conetur. Id vero assequetur

multo

multo facilius si in cognitione huius artis, quæ præterquam quòd voce diuina commēdatur, utilitates vitæ & valetudini hominum tuendæ affert innumeras, plurimum studij sibi ponendum esse existimabit. Cyclops apud Homerum Barbarico fastu turgens, exclamat se neque Iouem neque fulmina eius curare: hoc hominis monstrum imitari mihi videntur qui artes omnes atq. inter has eam quæ astrorum scientiam tradit, spernunt, aut etiam quod ab ignaris fieri solet, odiose exagitant: atque interea suo ventri tamquam summo & soli Deo, vt ille apud Euripidem inquit, sacrificantes nihil, nisi quod voluptates aut honores conciliet, magnificiunt. Sed quemadmodum Cyclops ille nō multo pōst ab Vlysse excæcatus & passim in tenebris palpitando oberrans pænas dedit contemptus Dei & operum eius iustissimas: ita hi qui nullum sciunt habere vitæ suæ modum, nec cum ratione & consilio instituunt quicquam, tandem in calamitates incidunt tristes, quibus cūm alios tandem secum inuoluunt, sæpe clades publicas accersunt toti genti aut reipub. exitiosas. Nota est enim illa Hesiodi querela: πολλὰ κὶ κῆξύμωσα πόντις καὶ ἄνδρὸς ἑπαυρεῖ. Sunt verò nonnulli qui quamquam ceteras artes magnificiunt & excolendas censent; tamen huius quam commendamus difficultatem nobis

nobis obijciunt; & quòd pleraque inuestigando deprehendi nequeant, nec ratio omnium quæ fiunt semper sit in promptu, frustra impendi operam his studiis existimant. His autem eruditissimè pro nobis respondet Philon de circulo lacteo, qui cælo sereno conspicitur tamquam non minima huius scientiæ parte scribens ita orationem concludit: δυσαιτιολόγητος δ' ἔπερ ἔσι μὴ ἀποκινέτωσαν οἱ τὰ φύσεως ἐρευνᾶν εἰωθότες. ὠφελιμώτατον γὰρ ἢ εὐρεσις. ἡδίστον δὲ καὶ καθ' αὐτὸ τοῖς φιλομαθεσιν ἢ ζήτησις: hoc est: Etiam si difficulter reddi ratio omnium potest, tamen non pigeat, eos qui arcana naturæ scrutantur; aliquid operæ & studij his artibus tribuere. Nam & ea quæ inuenta sunt, aut nostro studio eruuntur, maximas vitæ hominum adferunt utilitates, & inquisitio per se discendi cupidis voluptates parit innumeras.

Q u o d igitur facere vnumquemque decet, omiſſis iis qui res bonas & salutares auferre ex hominum vita conantur, & quod dici solet, nauem in qua vehuntur perforare non verentur, artibus bonis, tamquam donis diuinitus monstratis & concessis, ita fruamur, vt & auctorem agnoscamus ac celebremus, & in vsu harum vitam ita instituamus ac regamus, vt quàm minimum molestiarum & ærumnarum quæ nostra culpa aut ignauia accersantur,

experiamur. Id si fecerimus, non frustra à Pto-
lemæo homine doctissimo de hac ipsa arte,
quam nonnulli magicis & superstitiosis arti-
bus ineptè cōmiscentes inuidiosissimè ad vul-
gus traducunt, rectè ac sapienter scriptum esse
intelligemus: τὸ προσηλώσειν ἐθίζει καὶ ρυθμίζει
τὴν ψυχὴν τῇ μελέτῃ τῶν ἀπόντων ὡς τῶν παρόν-
των, καὶ παρασκευάζει μετ' εἰρήνης καὶ εὐσάφειας
ἐκαστα τῶν ἐπιερχομένων ἀποδέχεσθαι: ac deinceps
vfu edocti & confirmati maiori studio doctri-
nam vtilissimam & suauissimam à contem-
ptu aut infestatione aliorum vindicabimus.
Bene ac feliciter vale Lector candide, & stu-
dium nostrum in commendanda arte vtilissi-
ma, boni consule. Ex Arce Rantzouiana Bre-
denberga Cal. Febr. Anno Christi c I 3. I 3.
LXXX.

CATA-

19

C A T A L O G V S

I M P E R A T O R V M, R E G V M
E T V I R O R V M I L L V S T R I V M,
qui artē Astrologicam exercuerunt &
ornarunt.



ADAM primus parens, perfectè
calluit disciplinam rerum cele-
stium, ac ne ea, quæ longo à se stu-
dio deprehensa, ac animadversa
essent, ex memoria hominum di-
laberentur, duabus columnis insculpi curavit,
referente Iosepho.

Idem Iosephus scribit lib. 1. cap. 4. de Anti-
quitatibus, posteros Seth præstantem doctrinam
de motu cæli inuenisse, & postquam ab auo Ada-
mo audiuerint, mundum interiturum, primum
aqua, deinde igni, duas lapideas tabulas fabri-
casse, vnam ex lapide viuo, & alteram ex lateri-
bus coctis, quibus obseruationes astrologicas in-
cidi curauerint, vt hoc pacto hæc præstantissima
ars contra vim tam ignis quàm aquæ, integra
conseruaretur ac posteritati traderetur.

Epigenes hæc etiam confirmat, scribens in-
uentas fuisse tabulas lapideas, quibus incisæ fue-
runt obseruationes astrologicæ septingentis vi-
ginti annis antequam Ninus Assyriorum rex &

B 2 Phoro-

Phoroneus rex Græcorum regnarunt, quemadmodum Plinius lib. 7. cap. 56. Et Iohannes Annius Viterbiensis in commentarijs, quos edidit in libros Berosi Chaldei fol. 101. commemorant.

Abrahamus patriarcha cum ex Chaldaea in patriam commigravit, Aegyptiis primus omnium hanc artem tradidit, ut idem auctor Iosephus testatur.

Berosus Iosepho antiquior scriptum reliquit, non tantum S. patres in prima etate sideralem scientiam à Deo acceptam excoluisse & amasse, sed etiam post diluuium Noam, Abraham, Iacob, Ioseph, patriarchas ac prophetas omnes recessus astrorum, quorum sepe faciunt mentionem in libris suis, exacte nouisse. Cui Beroso Attica ciuitas magnum Astronomicae scientiae testimonium reddidit, statuamq; in gymnasio posuit inaurata lingua, ob certissimum euentum eorum quae praedixerat.

Dauid regius propheta carmen conscripsit, in quo calum quasi expressiorem imaginem sapientiae & Maiestatis diuinae insculptam habens, in medium adducit, & tamquam volumen expansum, omniumq; hominum oculis expositum proponit, in quo gloriam, hoc est, sapientiam, potentiam, & bonitatem Dei ita descriptam contineri affirmat, ut ab omnibus etiam litterarum ignaris deprehendi eius vestigia queant. Id verò
ut pla-

ut planum faciat ommissis ceteris illis caelestibus gloriae diuinae praecursoribus, vnius solis mentionem facit, quo mundus hic aspectabilis nihil habet pulchrius vsuq; nihil praestantius.

Iobus vir sanctus & in schola pietatis exercitissimus cap. 9. inter alia sapientiae & potentiae Dei opera, solem & tria sidera insignia producit, quorum in ciendis tempestatibus, aut insignibus aëris mutationibus efficiendis vis maxima est: adeo ut poeta Ethnici haec ipsa sidera non tantum ab agricolis, sed nautis quoq; obseruari velint. Noti enim sunt versus Homeri, Hesiodi & Virgilij de Pleiadibus, Orione, & Arcturo, quorum ortus & occasus nisi obseruentur, numquam recte fieri sationem, aut navigationem institui feliciter affirmant. Apparet igitur & Iobum huius doctrinae astrologicae fuisse studiosum, atque in hac ita profecisse, ut de providentia & φιλανθρωπία Dei erga genus humanum confirmatus eximius Dei seruus & athleta hinc euaserit. Immo, verò (quod ad commendationem doctrinae astrologicae maxime facit) Deus ipse Iobum cap. 38. compellens, & humanas vires extenuando, suam eregione potentiam extollere volens, haec sidera, quorum mentio facta est, in medium adducit, maximasq; illis vires ascribit, ut si nulla humana potentia vel vnius sideris vires

infringi aut impediri posse Iobus videat, frustra quenquam cum Deo contendere aut fiducia virium suarum superbire intelligat. Nunquid, inquit, cohibebis delicias Vergiliarum? Aut contractiones Orionis aperies? Delicias attribuit Vergilijs, quod suo ortu animum aperientes & aërem remota hiemis asperitate alterantes ver deliciarum plenum adducant, hominibusq; voluptates concilient. Orion contra Oriente Scorpio è regione sub terram descendens omnem illam voluptatē & delicias secum aufert. Ideo terram constringere omnesque herbas & fructus, quasi intus cogere ac prohibere dicitur, ne se totos dies absente terra quicquā ad usum hominum proferat. unde postea hic mensis, quo Cosmicè occidit Orion, Hebræis dictus est כִּסְלֵו Cisleu, id est Orioncus, quod hoc tempore suum velut dominium Orion exerceat, & suas in occludendis terra visceribus vires imprimis exerat. Nomen etiam Cisleu nō aliunde quàm ab inconstantia tempestatum quas eodem tempore ciet, huic sideri inditum est ab Hebræis. Hæc de viribus horum siderum in inferiora corpora ita sunt manifesta, ut mirum sit reperiri quenquam qui sidera tanquam ociosa corpora celo affixa hæere existimet, omnemque doctrinam, qua de viribus stellarum traditur, superbè derideat. Christus certè nō otiosæ esse,

sa esse, aut vago tatum motu circumferri corpora illa lucida ostendit, dum δουράμις τῶν οὐρανῶν ea alicubi vocat. Sed & in statione stellas esse assidue & veluti exercitus instructos ad exequenda Dei iudicia paratas, inque agendo maximè deas νεῖους & efficaces esse demonstrat.

Arrianus commemorat Eclipsin Lunæ visam esse paulo ante prælium Alexandri & Darij ad Arbelam, & Alexandrum veritum ne sibi infortunium portenderetur, ad id auertendum sacrificasse Soli, Lunæ & terræ, tanquam causis harum Eclipsium. Id quanquam errore ab eo est factum, ut qui falsam numinis placandi rationem iniret, tamen res ostendit eum non tantum de motibus corporum cælestium, sed de effectibus eorundem fuisse edoctum, longèq; melius de his artibus sensisse, quam Pericles Atheniensium dux, qui cum sub maritimæ expeditionis tempus Sob interposito Lunæ esset obscuratus, & gubernator classis unà cum cæteris eo tanquam omine sinistro esset consternatus, ut causam esse naturalem huius Eclipsis ostenderet, & metum inde militibus adimeret, chlamydem oculis præfecti obijciens & visum impediens, nunquid mali alicuius hoc esse signum putaret, interrogat: illo negatè, respondet, nihil esse discriminis, inter hæc qua chlamydis

mydis obiectu, & alteram qua Luna interuentu facta esset, Solis aspectus inhibitionem, nisi quod quo maior chlamyde esset Luna, eo pluribus solis conspectum illa adimeret. Sed infelix expeditionis euentus ostendit nequaquam fuisse hoc caeleste signum aduou. Nam & exercitum lues inuasit, qua magnam partem absumpsit, & ipse Pericles re infecta domum reuersus, in tantum apud Athenienses ob rem male gestam venit odium, ut & imperium ei adimeretur, & insuper magna pecunia summa multaretur.

Ptolemaeus Philadelphus 2. post Alexandrum Magnum in Aegypto Rex, cum omnes artes, tum etiam Astrologiam à patribus olim Hebraeis, ut dictum est, & Aegyptijs traditam, munificentia sua & labore restituit propagauitq; ad posteros. Fuerunt enim apud illum in magno honore Callimachus, Apollonius, Aratus, Bion, Theocritus, Conon & Hipparchus mathematici.

Meton filius Pausania, qui annum Atheniensibus descripsit, & primus in uacua æternipida, hoc est, ut nunc usitate loquimur, Cyclū decemnouenalem, quem aureum numerum appellamus, inuenit, cum expeditionem Atheniensium in Siciliam fore infelicem ex astris, & Solis Eclipsi qua præcesserat, deprehendisset, ut se ab

se ab illa subtraheret, incensis ædibus, insaniam simulauit, atque ita periculum euasit. Ita & arti fidem fecit, & simul saluti suæ consuluit.

Democritus philosophus celebris Astronomiæ studio accensus, ad Aegyptios sacerdotes primò, ac inde etiam ad Chaldaeos profectus est.

Agathocles Rex Syracusanus aduersus Pænos pugnaturus, apparente Solis Eclipsi, qua sub diem pugnae, ut prodigio, milites suos consternari uidebat, rationem, qua id accideret, militibus exposuit, atque ita metum illis eximens, non minus gloria ex huius artis cognitione, quam rei militaris scientia adeptus.

Caius Iulius Cæsar peritus huius artis, annum instituit, quo nos hodierno die utimur, qui Iulianus appellatur, de consilio Sofigenis Mathematici, quem Alexandria, Romam eam ob causam deduxit. Et Lucanus aliquoties eius peritiam in hac arte celebrat, præsertim in conuiuio Cleopatrae, ubi Cæsar alloquens Acho-reum Sacerdotem Aegyptium, ait:

Fama quidem generi Pharias me duxit ad
urbes,

Sed tamen & vestri: media inter prælia
semper

Stellarum, caliq; plagis, superisq; vacui:

Nec meus Endoxi vincetur fastibus annus.

Octavius Augustus tantā fiduciam arti astro-
logicæ

logica habuit, ut thema suum vulgauerit, nummosque argenteos nota sideris Capricorni, quod editus est, cudi fecerit: descriptumque stellarum ordinem, sub quibus natus erat, palam omnibus ostenderit.

Tiberius Caesar eius nominis primus circa Deos ac religiones negligentior habitus ob studium mathematicas, cui, testante Suetonio, fuit addictus & hic propter stellarum cognitionem vates evasit exercitatus, testante Dione.

Claudius imperator praevidit suo natali die defectionem Solis futuram. veritus igitur ne tumultus eam ob causam concitaretur, scripsit aliquanto antè, non solum defectionem Solis futuram & quando quantaque esset futura, sed etiã causas propter quas id esset necessariò eveniturum docuit.

Adrianus Imperator singulis annis & diebus sibi ipsi praescripsit praedictiones Astrologicas, easque illo anno quo è vita excessit usque ad mensem tantum scripsit, quo decepsit; ea re se mensem illum non transgressurum esse ostendens.

L. Sept. Seuerus Pertinax peritissimus Astrologia fuisse scribitur, idque Historiae eius infra recitata ostendunt.

Hippolytus Episcopus & martyr primò instituit & descripsit circulum Paschalem, quomodo is ex Lunae motu & aureo numero colligi possit,

possit, post natum Christum 228, ut Isidorus testatur. Quod sine excellenti scientia huius artis perficere non potuisset.

Alexander Caesar, Matheseos peritus, Astrologis primò in Italia salaria & honores decrevit, publicamque praedictionem huius scientiae fieri curavit.

Eugenius Toletanus Episcopus, qui Concilio quinto in illo loco habito praefuit, Astrologiae ad miraculum usque peritus fuit. vixit post Christum, Anno 637.

Bardas Caesar Constantinopolitanus ordinavit stipendia lectoribus bonarum artium, & praefertim Leoni Mathematico & Astrologo, quem summè propter eius artis peritiam dilexit.

Alphonsus 10 Electus Romanorum imperator, Rex Castiliae & Legionis, tabulas Astrologicas continentes motus orbium ac planetarum, quae ipsius nomine circumferuntur, magnis sumptibus edi curavit. atque idem maiorem ferè Astronomiae, quam regno operam dabat: videbat enim plus ex ea gloriae se consecuturum, quam ex ipsa regni administratione.

Carolus Magnus cum ceteras Philosophiae partes, tum vera imprimis Astrologiam atque doctrinam, de motibus & viribus corporum caelestium didicit à praefatore suo Alcoino. Nam & ephemerides eum computasse scribunt; & anni men-

ni mēfibus & ventis nomina imposuit, quorum aliqua vsus huc vsq. retinuit, & ut venationibus deditus fuit cum foris esset, ita domi astro-
rum contemplatione studioq. delectabatur.

Leopoldus Episcopus Frisingensis natus dux Austriae, edidit de hac arte proprium volumen, & normam tradidit iudicandi figuras natiuitatum.

Henricus infans Portugalliae, Mathematicus insignis, primò nouas terras Astrologico suo studio & industria reperit.

Leo Quintus Graecorum pijsimus imperator, Philosophus, quòd literis & praesertim astronomia esset deditus, cognominatus est.

Mahometes secundus eius nominis Turcarum imperator, astorum praecipuè obseruator fuit, ita ut omnia acta, agendaq. sibi ad eorum cursum institueret ac referret, teste Marino Barleto, unde illum fructu tulit, ut duo imperia Constantinopolitanum & Trapezuntinum subegerit, regna 12. rapuerit, vrbes 200. occupauerit, quemadmodum figura eius natiuitatis insignem felicitatem, & multiplices victorias designat, ut artem intelligentibus videre licet.

Fridericus Secundus imperator Rex Neapolitanus, Astrologicos libros ex Arabica in Latinam linguam conuerti curauit, & Academiam Neapoli, in qua hi publicè praelegerentur, instituit

tuit. Noti sunt versus quos ad Pontificem misit:

Fata volunt, stellaq. docent, auiumq. volatus,
Quòd Fridericus ego malleus orbis ero.

Quantum etiam huic arti tribuerit Carolus V. imperator, & quomodo illos ornauerit qui instrumenta Astrologica fabricauerunt, ac in hac arte desudarunt, testes esse possunt qui in ipsius aula versati sunt. Bartholomaeus Chassanus scribit hunc Caesarem omnium Caesarum, regum, & Monarcharum maximum fuisse astrologu: vsus est autem Turriani Cremonensis opera, qui illi octauum Cali motum per instrumenta ostendit, cum quo collocutus statim ad Saxonicum bellum est profectus, in quo paulo post Elector Saxoniae Iohannes Fridericus fuit captus, idq. quasi futura victoriae praescius fecisse putatur.

Paulus Farnesius pontifex eius nominis III. inter alia artis documenta quamplurima filium Petrum Aloysium de die quo interfectus est, multo antè praemonuit, utq. sibi caueret est hortatus. Erat autem dies ille decimus mensis Septembris Anni 1547. quo à coniuratis Augustino Lando & Iacobo Scoto Placentinis Comitibus in arce sua colloquij praetextu est interfectus, & à pudendis diu suspensus populo crudeliter lacerandus est exhibitus.

Fridericus II. Rex Daniae, & Guillelmus Landtgrauius Hassiae hoc nostro tempore sum-

mo studio & cura, globos, horologia, & machinas mathematicas fieri curat, ex quibus ortus & occasus signorum ac domos caelestes, nec non coniunctiones Solis ac Lunae, ceterorumque planetarum incrementa ac decrementa dierum ac noctium, conspiciere possunt; quorum nonnulla secum circumferunt, ut quotidie contemplari queant. Ad quam rem ~~idcirco~~ Tygonis Braden, hic Victorini Schonfeldij opera vitur: ac utriusque hanc ob causam annua stipendia numerant, Tygonique Braden (cuius vix similem in disciplinis mathematicis hic septentrionalis tractus habet) Rex insulam nomine Ween cum omnibus redditibus, sitam inter Zelandiam & Schaniam ad tempus vitae concessit, ingentemque speculam ibidem erigi curavit, ut inde libere gyrationes planetarum, stellarum altitudines, Lunae vicissitudines, totiusque machinae caelestis motum observare possit.

Quare cum haec disciplina à tantis imperatoribus & heroibus sint exercitata, & in pretio habita, ac harum studiosis magna stipendia ab illis decreta, nobis merito vitio verteretur, si hanc doctrinam à patriarchis & maioribus traditam & à monarchis ornatam non excoleremus, nec caelum stellatum, tanquam perfectissimum volumen sapientiae divinae aspiceremus, ex eoque maiorum exemplo causas euentuum ac mutatio-

nium

ni in his corporibus inferioribus colligeremus.
 Namque haud excelsa radiantes aethere stellae
 Non casu nitidum se per inane mouent:
 Lege sed immota, sapiens ceu condidit auctor,
 Et certis vicibus conuenienter eunt.
 Nec tantum praebent obscuro lumina mundo,
 Umbrarum tenebris nox ubi textit humum.
 Sed vires etiam rebus nascentibus addunt,
 Quas grauido tellus parturit alma sinu.

Sequuntur verae ac mirabiles praedictiones & inopinatum euentuum diuersorum astrologorum omnium temporum, quas desumpserunt ex hora ortus vel figura natiuitatis.

Tacitus dicit paucos mortalium eximi, quin primo cuiusque ortu euentura à natura destinentur; cuius clara documenta antiqua aetas & sua tulerit. (Et iam etiam nostra vidit) sed quaedam secus quam dicta sunt cadere, propter ignorantiam artificum, & ita corrumpi fidem artis.

IUVENALIS.

————— Distat enim quae
 Sidera te excipiant, modo primos incipientem
 Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
 Ventidius quid enim? quid Tullius? anne
 aliud? quam

Sidus

*Sidus & occulti & miranda potentia fati,
Seruis regna dabūt, captiuis fata triumphos.*

MANILIVS.

*Succumbunt artes, rationis vincitur vsus,
Cura nocet, cessare iuuat, mora saepe malorum
Dat causas, leduntq; cibi, parcuntq; venena,
Degenerāt nati patribus, vincuntq; parentes.
Quin etiam infelix virtus & noxia felix,
Et male consultis pretium est, prudētia fallit;
Nec fortuna probat causas, sequiturq; me-
rentes,*

*Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.
Scilicet est aliud quod nos cogatq; regatq;
Maius, & in proprias ducat mortalia leges,
Attribuatq; suos ex se nascentibus annos.*

THOMAS MORVS.

*Scilicet ex illa, qua primū nascimur hora,
Prorepunt vincēti vitāq; morsq; pede.*

EXEMPLA.

*Priscus à Diodoro Siculo nominatur astrolo-
gus Belesis, qui suae scientiae praedictionibus im-
pulerit & confirmauerit, Medos ad innuadendum
& occupandum imperium Assyriorum.*

*Haliabemragel praedixit ex genesi puerū quen-
dam natum ilico prophetaturum, ut refert Con-
ciliator & multi alij.*

*Anaxagoras qui vixit tempore Periclis, cu-
ius preceptor fuit insignis & praclarus in con-
tem-*

*templāda rerum naturā habitus, fatale exitium
totius Graeciae ante praedixisse dicitur.*

*Diodorus Siculus scribit Alexandro prae-
dictam esse à Chaldaeis contra Darium victoriam:
Item Antigono Nicanori, Seleuco, futuros
euentus, & quod idiotis etiam futura ita eviden-
ter ydem praedicant, ut mirum & ultra homi-
num ingenium esse putetur: Aiuunt enim planetas
plurimum vel ad bona vel ad mala consequenda
in generatione conferre, perque eorum naturam
& effectum cognosci maxime, quae sint homini-
bus euentura.*

*Liuius commemorat ante infaustam pugnam
Persci Eclipsin Lune accidisse, quam tunc quo-
que non falso Macedones, ut triste prodigium,
occasum regni, perniciemque portendere inter-
pretabantur: & eam Eclipsin Sulpitius Galba
Trib. mil. in concione futuram praedixit, Plin.
lib. 2. cap. 2. ex quo colligi potest, & milites eo-
dem tempore huic arti operā nauasse. Nam prae-
dicere Eclipsin tunc temporis fuit singularis
astrologi.*

*Thales Milesius praedixit defectum Solis
sub Astyage Anno mundi 3568, ante natum
Christum 400. annis. Idem cum ostendere vellet
astrologum haud difficulter se vellet, opes colli-
gere posse, eo anno, quo uberem rerum omnium
prouentum ex astris praeniderat, vasa quot po-*

tuit coëmit, in quibus res terra natas reconderet, quibus crescente paulo post pretio diuenditis magnas deinde opes congesit. Hanc historiam alij sic referunt: Cum ex astrorum inspectione sequentem annum oleis uberrimum fore perspexisset, venditores praoccupauit, diu ante olearum eius anni fructibus emptis, haud admodum grandi pretio, quod aliquot iam annis ante uber olearum fuerat prouentus. Itaque cum, ut ipse prauiderat, eo anno copiosa olea, posteroque infacunda iterum fuissent, ingens lucrum ex coemptis consequutus, aperte ostendit, quantum ex ea arte consequi possent qui struedis opibus operam dare cupiunt.

Publius Nigidius ubi horam qua in lucem editus erat Augustus accepit, non dubitauit affirmare dominum orbis terrarum natum esse, auctore Tacito.

Xiphilinus de Dione hunc locum sic narrat: Nigidius Figulus Senator, statim Augusto praedixit imperium. Nouerat is supra omnes homines suae aetatis totius caeli ordinem & cursum, tenebat stellarum vim atque differentiam, quid ipse per se aut cum alijs coniuncta possint, & efficiant, quorum etiam studiorum causa culpatus est, quasi magicis artibus uteretur. Is igitur ut vidit Octavianum serius propter partum uxoris, in curiam venientem (nam tum forte sena-

tina

tus erat) statim exclamat: Nobis Octauum dominum genuisti. deinde ea re perculsum Octavianum, atque idcirco puerulum necare volentem prohibuit. nam ut hoc modo, inquit, moriatur filius tuus, feri certe nullo pacto potest.

Idem Publius in hac disciplina plurimum clauit: nam cum disputaretur, cur gemini diuersa haberent fata, qui geniti & orti iisdem sideribus essent, ipse suam artem defendens, non eodem siderum positu, sed diuerso nasci gemellos propter celerem caelestium orbium motum dixit: atque hoc pacto mox ostendit. Figuli rotam magnam vi concitauit, & in eadem duas atramenti guttas liquauit, & desinente motu, longo intervallo extremitatibus inuenta sunt. Quomodo igitur opinantur, cum tam celeri vertigine caelum circumducitur, posse gigni & oriri geminos eodem sidere, cum figuli rota paruo incitata cursu, excussas guttas eodem momento tam diuersis locis ostendat? Experientia etiam testatur geminos non tam subito unum post alium nasci, quin intercedat aliquod spatium. Ego post duas horas unam aut dimidiam memini hoc nostro saeculo natos, raro citius. Est naturalis causa: quia natura tam vehementes motus subito sustinere non potest, sed paululum se recreat. Quod autem non habeat diuersa fata si eodem momento nati sint, Cicero De natura Deorum adducit exem-

C 2

plum

plum duorum fratrum, qui cum simul nati essent, item simul postea egrotare ceperunt, & eorum morbus pariformiter cepit ingrauescere, & eodem. medicamine sanati sunt. De quibus dicit Posidonius Astronomus, quod ideo haec equaliter & uniformiter illis acciderunt, quia eandem constitutionem Astrorum in conceptione & natiuitate habuerunt. Sigebertus affert etiam exemplum quod anno Domini 535. fuerint in Gallia duo fratres gemini, qui ambo sacerdotes facti vno die Episcopi electi, & ambo eodem anno perierunt; vnus erat nomine Medardus, alter Gilhardus, hi vno momento nati fuerunt.

Aeschylus Atheniensis Tragicus praedictam mortem cauere non potuit, cum aquila concham in caluum caput proijceret.

Anaximander Milesius Lacedaemonijs praedixit ex Astrologia, ut ciuitatem custodirent & tecta. instare enim terramotum: quod quidem factum est, & magna pars eius urbis, montisq. Taygeti concidit: ut refert Publius Patricius.

Sic Hippocrates ex eadem arte venientem ab Illyrijs pestilentiam praedixit, discipulosq. circa urbes Graeciae dimisit, ut egrotantibus adessent; pro quo beneficio omnis Graecia honores illi, quos Herculi, decreuit.

Spurina vaticinatus est Casari Iulio, eumque monuit ut periculum caueret, quod ultra Idus

Mar-

Martias non proferretur. Casare illum Idibus Martijs aduentantibus tanquam discusso periculo deridente, Ipsa, inquit, vnerunt quidem, sed non praterierunt. Casar eo ipso die multis vulneribus in senatu confossus perijt, ut de Casare Manilius etiam in suis versibus:

Ille etenim calo genitus, calaque receptus,
Cum bene compositis victor ciuilibus armis;
Iura toga regnent, toties praedicta cauere
Vulnera non potuit.

Iulius Maratus populo Romano praedixit naturam cito illis parituram regem.

Theogenes mathematicus genituram Augusti videns, illum adorauit, illique Romanum Imperium portendi dixit.

Magi, si licet profanis sacra addere exempla, exortu noua stella, Regem & saluatorem totius mundi natum esse vere ex astrorum doctrina eruditissimè iudicarunt & agnouerunt.

Dionysius Areopagita cum tempore passionis Christi in plenilunio Solem tribus horis continuis deficere videret, exclamasse fertur, Aut Deum pati, aut mundi machinam ruituram: ac cum suis communicato consilio aram exstruxisse cum inscriptione, IGNOTO DEO. Athenis hanc inscriptionem Paulus Apostolus legens, Deum patefactum esse inquit: & illius Eclipsis causis expositis Dionysium ad veri Dei agnitionem perduxit.

Tiberium ab Augusto vitrico Rhodum relegatum, & non parum suae salutis timentē, Thrasyllus Astrologus confirmavit & in spem certam erexit. Nam cum eo iuxta mare deambulans & finem arumnarū instare denunciāns, forti animo ut presentem fortunam ferret, hortabatur. Cūm Tiberius contrā sentiret, atque parum abfuisset, quin, ut erat ira succensus, praepitorem in mare praecipitem daret, increpitans atrocibus verbis Thrasylli artem falsam esse: tunc Thrasyllus abiquantissimè constitit; conuersisque ad mare oculis, venientem vidit nauem, qua conspecta tanta eum artis suae fiducia cepit, ut affirmare auderet, ea nauis felicia Tiberio afferri. Non multo autem post nauē in portum delata, literas ab Augusto Liniāque accepit, quibus Romam reuocabatur, ubi Imperij ipsius fundamenta iacta fuerunt.

Idem Tiberius cūm statuisset Rhodi Thrasyllum è muro praecipitare, eo quod is solus ex Astronomia secretis omnes eius cogitationes cognosceret, sensit hominem eo ipso tempore mestum esse: cuius rei causam cūm exploraret, respondit, se periculi cuiusdam suspicionem habere. Vnde Tiberius admiratus hominem, qui institutum non ignoraret, quod proposuerat, intermisit.

Scribonius Mathematicus Liniā Tiberij Caesaris

saris matri praedixit pregnantis, quod virum & non feminam paritura esset; illumque regnaturum; verū sine diademate: ignota scilicet adhuc Caesarum potestate.

Tiberius multos interfici iussit, explorato die & hora qua nati fuissent, atque inde animaduersa fortuna eorū & moribus. Didicerat enim fatum vniuscuiusque ciuis primarij, ita ut Galba qui postea principatum obtinuit, factus obuiam, quo die ille sponsalia fecerat, dixerit, Et tu aliquando principatum degustabis. Cui propterea pepercit, ut Dion arbitratur, quod ei certum & fatale fuit imperium, ut autem Tiberius dicebat, propterea quod in senectute & longo tempore post suam mortem esset regnaturus.

Apollonius Caio Caligula mortem vaticinatus, propterea in carcerem coniectus est: & nisi Caligula paulo post interfecto, exitus praedictionem approbasset, capite multatus ab eo fuisset.

Sulla Mathematicus Caligulae consulenti de genitura sua & futurū celestium arcana ab ipsa exquirenti, certissimam necem instare affirmavit.

Thrasylli filius Neroni imperium praedixit, quemadmodum pater eius Tiberio. Sed alij Mathematici ex sua genitura multa & formidolosa ei vaticinati sunt.

Cūm Nero Babylon Astrologum de crinita

stella quae ante mortem eius orta est, consuleret, astrologus respondit summis potestatibus exitium portendere solere: hic ut fatum à se auerteret, multos claros viros sustulit.

Agrippina mater Neronis ab astronomis edocta filium suum Neronem imperaturum, sed ipsam necaturum, fertur exclamasse: Interimatum imperet.

Selenicus Mathematicus Ottoni, superstitie Nerone, promisit imperium, cum ille tamen non esset ex familia Caesaris & Augustorum.

Vitellius Astrologos se imperatorem futurum affirmantes irrisit, existimans nequaquam se tanti fore.

At eidem cum imperator factus astrologos expelleret ex urbe, diceretque ut intra certum diem à se constitutum ex Italia discederent, Astrologi contra in tabulis de nocte diem prescribunt, intra quem excessurus esset è viuis: Quod etiam sic accidit.

Vitellij naturam ex genitura praedictam à mathematicis, ita parentes exhorruerunt, ut pater magnopere semper contenderet, ne qua ei provincia se viuo committeretur: Mater appellatum imperatorem pro afflictio statim lamentata sit; nam paucis post mensibus minutissimis ictibus excarnificatus est.

Vespasianum conuenit inter omnes de sua suorum

rumque genitura tam certum semper fuisse, ut post assiduas in se coniurationes, ausus sit affirmare senatui aut filios sibi successuros aut neminem. & cum filius Domitianus apud eum canaret & fungos tanquam venenatos vitaret, irrisit illum pater, dicens, A ferro esse cauendum.

Ascleparion mortem instare Domitiano se dixisse confessus est, & sibi nempe fore, ut à canibus breui laceraretur. Quem Domitianus cremari sine mora ad coarguendam temeritatem artis, ac sepeliri accuratissime imperauit. Sed repentina tempestate diruto funere semiustum cadauer canes discerpserunt: quo audito Domitianus valde perturbatus mortem timuit, quae ilico subsequuta praesagio fidem fecit.

Testante Suetonio Domitianus annum diemque ultimum vita suspectum habuit, horam etiam, nec non genus mortis, adolescentuli Chaldaei cuncta praedixerant. Cum itaque fatalem horam metueret, ac praeterisse periculosum tempus opinaretur, sciscitanti ipsi horam insidiatores cubicularij ex industria sextam, pro quinta quam metuebat, nunciauerunt. Sed is egressus cubiculo, ab insidiatoribus exceptus, septem vulncribus trucidatus est.

Larginus Proclus publice praedixit in Germania Domitianum quo die excessit è vita, moriturum, & quanquam ob hanc causam ab eo qui pro-

uinciae praeerat, Romam missus, introductusque est ad Domitianum: tamen id ita etiã tunc confirmavit fore, ideoque capite damnatus est. Sed dilato supplicio quo tum demum afficeretur cum ille periculum effugisset, necatõque tandem Domitiano saluus euasit, & à Nerua 4000 aureorum accepit.

Idem pridie quam periret, cum oblatos tuberos seruari iussisset in crastinum, addidit, si modo uti licuerit: & conuersus ad proximos, fore affirmavit, ut sequenti die Luna in Aquario cruentaretur, factumq. aliquod existeret de quo loquerentur homines per terrarum orbem.

Apollonius Tyaneus ea ipse die & hora, quo Domitianus occidebatur (nam id postea reficitum est ex ys qua utrobique facta sunt) cum in praecelsum sine editu saxum, siue Ephesi, siue alibi conscendisset, multitudine hominum conuocata, in hunc modum dixit: Recte Stephane, Euge Stephane, percute homicidam: percussisti, vulnerasti, occidisti. Quae etsi plerisque videntur incredibilia esse, tamen ita facta sunt, Xiphilino & Dione testibus.

Domitianus exploratis diebus & horis in quibus principes viri nati essent, plerosque sustulit, ut Tibcrius, cum regiam genesin haberent, ac inter eos etiam, Melum Pompeianum.

Nerua vix mortẽ effugit, ideo quod ab Astrologis

logis Domitiano delatus fuit, quod imperatoriam genesin haberet. cum autem vnus ex illis affirmaret, eum non diu victurum, euasit. His praedictionibus respondit euentus. Nam Nerua paulo post Imperator factus est, & vixit tantum vnum annum & quatuor menses in imperio, & fuit Eclipsis Solis eo die quo mortuus est.

Adrianus Imperator, ut supra dictum est, sibi ipsi in iuuentute singulis annis praedictiones astronomicas fecit, ita ut sibi omnium dierum usque ab horam mortis futuros actus ante praescripserit, & in Mæsia ab Aelio Mathematico de futuro Imperio praesagium accepit.

Aegyptius quidam paucis ante diebus palam dixit Antonino ipsum non diu superstitem fore, ac Macrinum ei successurum.

Quidã vates in Africa praedixit Matrinum & eius filium Diadomæum regnaturum.

Scribit Lampridius praedictum fuisse Helio--gabalo ipsum violenta morte interiturum. Nam si Luna, inquit, applicuerit se Saturno, deficiens lumine facit biothanatos, quod quidẽ sic accidit.

Seuerus Imperator in Africa à Mathematicis edidicit, quae sibi essent euentura antequam ad imperium veniret. quare factus est insignis mathematicus, & prima coninge Martia mortua noluit aliam, quàm Iuliam ducere, quod sola ex multis oblatis regiam haberet genesin.

Dion

Dion scribit Severum sciuisse se ex Britannia non reuersurum esse, quod maximè cognouerat ex stellis sub quibus natus erat. Id enim in palatio scriptum in laquearibus adium reliquit, ita ut ab omnibus videretur.

Leo siue Leontius Atheniensis videns filiam suam magna cuiusdam fortune compotem fore, illi tantum 1000 florenos legauit, reliqua bona filiis reliquit. Illa dolens Imperatori talia conquesta est, cui ita placuit, ut ad connubium eius perueniret, coniuxque Theodosii Valentiniani facta, baptizata, & Eudoxia nominata sit.

Iustinianus Caesar eiectus à Leontio & truncatus auribus & naso & in exilium missus est. illi predictum fuit, ab abbate in ponte, illum iterum fore imperatorem: quem postea, cum deinceps ad imperium peruenit, Patriarcham Constantinopolitanum ilico fecit.

Paulus monachus insignis Astrologus Leontio imperium promiserat. is Leontius cum esset carceri inclusus, irrita obyciebat promissa astrologo in sententia permanente. Leontius perfractò carcere ad imperium peruenit, quod ultra tres annos administravit.

Duo Hebraei astrologi Leoni puero adhuc dedito disciplinis & astrologia ignaro, Romanum imperium promiserunt, quod post novum annum consequutus est. ~~is enim illis spondit, fore un-~~

~~puerum abominum. quod letum procolit, anno
1000.~~

Michaël Traulus orientalis Imperator edoctus fuit ex genesi sua, imperium sibi promitti. Quare Leoni imperatori adhaesit: quo occiso per pratorianos & arma ad imperium euectus est.

Metropolites Leoni v. Constantinopolitano Imperatori ex defectu Lunæ infortunium prædixit, nisi periculū euaderet, post 13. dies, quod ☉ tunc etiam esset passurus, idq; ita euenit: ille enim paulo post mortuus est.

Insignis quidam Astrologus nomine Nicolaus Constantino Duce mortem prædixit, quæ prædictio vera fuit, paulo enim post in urbe Constantinopolitana occisus est.

Theodorus monachus præsagiebat Iohannem Zimissem futurum imperatorem, modo imperium non vi arriperet, neq; nimium festinaret, sed diuinam concessionem expectaret: qui imperator factus Theodorum gratitudinis ergò patriarcham Constantinopolitanum constituit.

Manuel Imperator Constantinopolitanus Astrologia peritissimus multos sibi & vitæ & imperij annos spondit: annos vixit sexaginta, imperavit 38. annos.

Iulianus Bizantinus Imperator habuit somnium astrologicum:

Iupiter angustos ubi fines intrat Aquarij,

Vir-

*Virgineoq; sinu vicesima quinta recepit
Portio falciferum, Constantius Induperator
Regnū Asia tristi superatus morte relinquet.*

*Constantius Cæsar mortuus est cū planeta
ingressi sunt hæc signa, & ille ad imperium per-
uenit: quod Iohannes Homilius mathematica-
rum disciplinarū peritissimū deprehēdit anno
Domini fuisse 360, mensis Nouembris 20. die.*

*Heraclio Mathematici prædixerūt, magnum
illi & imperio eius imminere periculum a cir-
cumciso populo, & ut prouerbio dicitur, stella-
rum influxus facilius præuideri quā præcaueri
posse: Ita hic cū Iudæos timeret, Sarraceni ab
illo ob denegata stipendia defecerunt, Arabiamq;
cum nonnullis locis in Aegypto occuparunt,
Mahometiq; legem & sectam inuexerunt, qui
deniq; finem Byzantino imperio attulerunt, &
iam nostro imperio minantur.*

*Guilhelmus Rex Sicilia primi regis Sicilia
Rogerij filius cū sciret Tancredum fratris sui
filium Astrologicis rationibus suis dies tam ob-
seſis, quā obsidentibus vitales præuidere, ipse
quoq; cum astrologis suis diligentius attendebat,
indicans familiaribus suis diem quo descēsurus
eos præuiderat, ut aduersus eorum repentinas
eruptiones exercitum præmuniret; sic hostium
impetum tanto facilius sustinuit.*

*Magister Christianus Astrologus Pragensis
Ladi-*

*Ladislauum Iagellonem regem Polonia per sacer-
dotem præmonuit ut mortem sibi imminentem
caueret; quod multi planeta hoc anno coniun-
gerentur, & fieret Eclipsis Luna sub terra: &
mortuus est eo anno, qui fuit annus Domini
1434, anno ætatis 49.*

*Picus Mirandula edidit librum aduersus
astrologos. hi ut artē veram ostenderent, illi
interitus sui annum indicauerunt, ex directio-
ne Ascendentis ad ♄, nempe annū ætatis 33, quo
perijt, quemadmodum ex scriptis hinc inde edi-
tis constat.*

*Bartholomæus Chassoneus audiuit, ut ipse
narrat, Mediolani, quod eximius astrologus di-
xisset Duci Mediolanensi Galeacio Maria Vice-
comiti, scilicet ipsum ex vulnere periturū, quod
esset ei proprius vasallus inflicturus. Interroga-
tus à duce, quo mortis genere ipse Astrologus esset
moriturus: qui cū respondisset se in publico in-
teremptum iri ex trabe ligni cadente; Mox dux
ira accensus illū decollari iussit: ut ex rei euentu
cerneret astrologicam artē esse falsam. Cū in-
terim pararetur locus, & campana solito more
pulsaretur; ut populus concurrisset, & traditus
executori cū deduceretur ad locum, ex eundo pa-
latium sub porta magna quæ est ante Ecclesiam
cathedralem, cecidit turris, quæ dictum Astrolo-
gum & carnificem cum alijs interfecit. & dux
Medic-*

Mediolanensis in festo S. Stephani & in Ecclesia ipsi sancto dicata Mediolani uniuerso astante populo & ipsius aulicis interfectus multis vulneribus à proprio uasallo.

Presbyter Galeazo Sfortia horrendam mortem instare minatus est: quo occiso ille multis vulneribus paulo post interemptus est.

Iohannes de Lignano tēpore Martini v. papa pater prauidēs ex genitura filium cruci affigendum, volēnsque fatali geneseos dispositioni succurrere, cum sacris initiari ac apprime erudiri fecit. Sed nec sic quidem euitare potuit uim fati. Nam cum eum conciuēs sui ad Martinum Pap. ablegassent, rediens domum propter legationem non fideliter tractatam, de nocte à Magistratu Bonon. suspensus est. quem cum elucescente die pater pendentē uidisset, deplorans inquit: Heus fili mi, tu infelicissimum fatum nec humanis literarum adminiculis, nec diuinis ministerijs superare potuisti!

Franciscus Maria Ferraricnsis Iacobo Piccino dignitates, connubia, annum, diem & horam mortis prædixit, qui à Rege Ferdinādo Aragono occisus est.

Hieronymus Cutica ob prædictiones ueras pulsus est à Gallis in exiliū ab urbe Mediolanensi.

Lucas Gauricus Iohanni Bentiuolo & ipsius filijs

filijs ac nepotibus exitium denunciavit, nisi se Pontifici submitteret; propterea captus & à Tyranno ex alta trochlea suspēso fune, quinquies quassatus est: qui tamē antè à quodam chiromante ut violēti cruciatus causas effugeret, erat admonitus. Sed postea Bentiuolus unā cum suis est à Pontifice superatus & cæsus.

Friderici secundi Imperatoris astrologus ab eo interrogatus, cur tantum honoris Rudolpho Habsburgensi Comiti pauperi in aula sua uersanti, exhiberet, respōdit, mortuis tuis liberis, quorum adhuc decem supersunt, ipse & posteri eius ad imperium & tua regna peruenient. Quod exitus ipse probauit. Nam anno Christi 1273 Cal. Octob. Rudolphus à Germanis principibus Francofurti in regem Rom. eligitur cum Basileam obsideret: & hodierno adhuc die uidemus Rudolphi posteros regnum Neapolitanum & Ducatum Austriae & Sueuiae unā cum Imperio & regno Hispaniarum obtinere. Modernus enim Imperator Rudolphus ab eo nomen & ditiones hereditario iure accepit, ut Philippus ex eodē natus Regnum Siculum & Neapolitanum nactus est.

Maximiliano primo imperatori à mathematico Georgio Tansteter mors prædicta fuit VI. annis antequam ei contigit; propter ☉ Eclipsin, quæ ante mortem ipsius accidit, Anno 1518 in Iulio, cum ille Ianuarij die 12. obiit.

D

Guido

Guido Maltraneſus Patauinus Comes Lucij vici Patauini ex Conſtantia filia Obicij Marchionis Eſtenſis filium habuit Nicolaum, quem Iambonus Andreades Aſtologus pernicioſum patrie ciuem fore prædixit, & Guidonem tatum mouit, vt eum exheredare voluerit, niſi amici obſtitiffent. Nicolaus opibus & gratia potens, in patrie perniciem cum Cane Scaligero conſpirat, vnde bellum ortum, in quo vltra centum hominum millia occiſa feruntur, & verum Iamboni vaticinium fuiſſe exitus ipſe declarauit.

Comineus ſcribit quòd Epifcopus Vienneniſis multo antè prædixerit, Ferdinandum nomine vltimum fore regem Neapolitanum, cum Alphoſus Rex cum filio ſuo Friderico 19. annorum iuvene adhuc viueret & Rex eſſet. Quare Ferdinandus vltimus promiſit Comineo quotannis, ſi Rex fieret, 2000. Coronatorum.

Guido Bonatus Foro-Liueniſis aſtologus ſub Martino iij. Guidoni Mòtis ferrati Comiti diem prædixit, quo ſi Foro-Linio egreſſus aſtu inuaderet hoſtes, eos ſuperaret atq; victoria potiretur, ſed in coxa vulnus accepturus eſſet. Atque vt Guido Comes ſermoni fidem haberet, ipſe egredi vrbe vnà cū Comite & intereſſe pugnae voluit, ſtupaſq; , oua, & alia, quibus vulneri nondū fa-cto opem ferret, ſecum extulit. Secutoq; pugnae atq. victoria euentu, quem prædixerat, vulnus Comiti illatum eſt.

Mani-

Manilius Antonius Sixti quarti & Iulij ſecundi Pont. Max. cubicularius vates verus fuit, fatorumque præſcius multa vera pontificibus reuelauit.

Seraphinus medicus & aſtologus febre correptus, prædictæque die & hora conſantiſſimè obiit.

Moiebanus Aſtologus & medicus ſibi & uxori verum tempus mortis prædixit, referente Iohanne Cratone medico quondam Ferdinandi Imperatoris.

Petrus Leanius Spoletanus medicinae & aſtologiae peritiſſimus, cum ſibi ſubita mortis periculum in aquis portendi cognoſceret, è Patauio Venetijsq; in Umbria & Spoletum migravit, vt frequentes navigationes effugeret. Mox vbi ad Laurentium Medicè vocatus eſſet, & ex aſtorum ſcientia morbum ſalubrem prædixiſſet, omnemque bene gerendæ rei occaſionem prætermiſiſſet, à Lazaro Placentino illuſtri medico (qui à Ludouico Sfortia Ticino miſſus ſera affererat remedia) reprehenſus, atque adeò omnibus inuiſus, poſt mortem Laurentij, incertum an deſperatione actus, an illata vi à Petro Laurentij filio in proxima Caregio villa puteum præceps datus mergitur: in principis Florentini morte præuidendâ calculi fortè, aut indicij errore deceptus, in ſui ipſius fato cognoſcendo vates nequaquam falſus.

D 2

Paris

Paris Mantuanus Paulo III Pon. Max. prædixit annū pontificatus sui & vitæ terminum, cūm perueniret ad annum octuagesimū primum: quam ætatem pontifex affecutus est.

Dethleuus Reuētlouius nobilis Holsatus prædixit Friderico primo & Christiano III. gubernationem Regni Dania ac Noruegia & diuersas victorias, cūm regna Christiernus II. gener Philippi regis Hispaniarum teneret.

Idem Andrea de Barbi Episcopo Lubecensi genus mortis, annum & mensem denunciavit, ut exemplar iudiciū sui propria ipsius manu scriptum testatur, quod in bibliotheca Rantzouiana Breidenberge extat.

Supradictus Reuentlouius Imperatori Carolo belli exitum, quod gessit cum Protestantibus, Electore Saxonie & Landtgrauio prædixit, & profectus est ad eum versus Gengam, in quo itinere perijt.

Gauricus monuit Henricum secundum regem Gallia per literas quinquennio antè, priusquam moreretur, ut circiter 41 annū vitaret duellum: astra enim minari vulnus in capite, quod vel cecitatem vel mortem continuo afferret.

Franciscus Gonzaga Marchio Mantua à Maluetio Bononiensi captus est: quod multo antè in vaticinio quodam expresso Gauricus ei prædixerat.

Gau-

Gauricus etiam indicauit Paulo III illū certo anno pleuritide laboraturum, aut in aquis periculum vitæ aditurum: quod cūm accidisset, ob prædictionis veritatem remunerandam fecit illum Episcopum Ciuitatēsem & equitē S. Pauli.

Mattheus Delius Danus constituēs in Oenoponte anno Domini 1551 Philippo Hispaniarum regi figuram natiuitatis, prædixit ex ☉ in secunda retrogrado & damnato à Luna, Lunaque ab illo, significare ei paternā substantiam aliquo modo frangi: & cūm haberet Solē in domo cadente, diminui potentiam eius, cūm maxima visa esset.

Reginae Francia Catharina Medices Henrici Regis coniugi prædictum est ab astrologis eam natam esse ad destruendū principatum, ad quem cōnubio perueniret, teste Guicciardino. Quemadmodum etiam eius auunculus Pontifex Clemens VII. Carolo V. retulit, Ionio narrante in sua historia. Id an ita sit, penes lectorem iudicium esto.

Astrologorum potissimè diuinationem celi fatiq. potestatem persuadere videntur hac enarrata exempla, veluti multa supra vires nostrae mortalitatis fieri videmus, multa præter rationem & meritum, plurima præter ordinem & institutum conditionis humane. Hic enim habilis est ad philosophiam, ille ad poëticam, hic

D 3 tra-

tractat arma feliciter, alius literas spernit, hic sobrius, ille ebrius; hic audax, ille meticulosus; & quod Cicero dicit, optime cogitata saepe pessime cadunt. Alexander tam cito vicit Orientem, quam vidit. Iulius Caesar subito Romanum Imperium subegit: Pompeium iustam causam defendentem fortuna deseruit. Cato Sapiens se ipsum interfecit. Hac quis astrorum cursibus non quodammodo ascribat?

SENECA qui mortem aperta vena accersuit, inquit:

Quicquid patimur mortales, quicquid facimus venit ex alto: Regitur fati mortale genus.

LVCANVS.

— praeceps rapit omnia fatum.

MANILIVS.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.

OVIDIVS.

— Ratio fatum vincere nulla valet.

Augustinus de Ciuitate Dei, cap. v.

Fatum dicit ordinem quendam & dispositionem secundarum causarum ad effectus producendos in his corruptibilibus & generalibus praeter Dei & hominum voluntates.

Q. CVRTIUS lib. 5.

Errant, inquit, quibus sorte ac temere humana negotia volui agique persuasum est. Ego quidem aeterna constitutione crediderim, necneque
caus-

causarum partim latentium, partim evidentium, & multo ante destinatum, suum quemque ordinem ab immutabili lege percurrere; Deo tamen haec, pro arbitrio suo (ut mihi videtur) consentiente & permittente. Nam certo statuentum est, tametsi corpora caelestia arcanam quandam vim & virtutem admirabilem in rebus humanis exercent; Deum tamen omnipotentem, vniuersarum rerum naturae opificem & architectum, vitae & mortis Dominum, atque arbitrum vnicum propterea a gubernatione corporum inferiorum nequaquam esse remouendum, sed verè eum omnibus astris, astrorumque influxibus dominari, eorundemque cursum & efficaciam vel promouere vel impedire; omnes item inclinationes ab astris ortas moderari, morbosque saepe numero secundum immensam suam bonitatem auertere, & in melius mutare; nonnunquam etiam secundum arcanum & iustum suum iudicium, propter delicta nostra exasperare & in penas conuertere. Diuina enim maiestas non ex astris, quae ipse ad utilitatem & conseruationem generis humani condidit, astricta, nec fatali quadam necessitate, veluti carceri clausa tenetur, sed liberrimè agit, & ut praecipua causa, ceteras omnes liberrimè moderatur ac gubernat.

Credite quod non astra Deo, Deus imperat astris:

Fata augere potest, tollere fata potest.

D 4

DE

CATALOG. VIROR. EXCELL.
DE ANNIS CLIMACTERICIS:

Id est, scanfilibus, qui ex numeris, velut per gradus scalarum ascendunt & colliguntur.

SVNT verò climactericorū annorum duo genera, qui sunt quasi articuli quidam seu flexus aetatis in quibus ad sequentis temporis constitutionem sese vertat, illā & inflectat.

Primi & praecipui colliguntur à septimo numero, & hi hebdomatici siue climacterici nominantur. & sunt hi: 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. climactericus magnus: 70. 77. 84. 91. 98. 105. 112. 119. 126. climactericus maximus: 133. 140. 147. 154. 161. 168. 175.

Reliqui à nono numero computantur & hi Enneatici siue decretorij nominantur. Sunt autem sequentes: 9. 18. 27. 36. 45. 54. 63. climactericus magnus: 72. 81. 90. 99. 108. 117. 126. climactericus maximus: 135. 144. 153. 162. 171.

Hos annos propter Patriarchas extendi necesse est; raro enim hisce temporibus, homines etsi viuaces, 70 annum climactericū superant. Pauci octuagesimum aut nonagesimum primum assequuntur. Paucissimi & ferè nulli ad centesimum & quintum spiritum ducunt.

Inter

Inter climactericos & enneaticos periculosiores sunt qui per tres hebdomadas annorū ascendunt, ut sunt: 21. 42. 63. 84. 105.

Periculosissimi autem 49. 56. & 63; praesertim si malefici sunt in 2 aut 8 domo natiuitatis, aut loca hylegialia ad malos planetas & eorum radios his annis perueniunt.

Quia primus numerus anno 49. continet septem septimanas & septies septē annos: In secundo 56 concurrunt septimus & octonarius. In ultimo 63 septimus est & nonus, climactericus & enneaticus: nam 63 anni continent in se nonies septenarium aut septies nouenarium.

In quo cum septenaria & nouenaria mutatio concurrat, commotionem in corporibus maiorem fieri necessariò arbitrantur, qui naturā aliquanto propius peruestigando aspiciunt: Hicque annus 63, Firmico testante, ex hac causa Androdas ab Aegyptijs dictus est, quod omnem vitæ substantiam frangat ac debilitet: Multi que illustres viri eo anno perierunt, ut sequens catalogus indicabit.

Augustus Imperator ad filium scribens, Latere, inquit, mecum fili; transgressus enim sum omnibus senibus periculosum annū sexagesimum tertium. Et sibi gratulatur de superato hoc senum Climactere.

De his autem annorum hebdomadibus & an-

D 5 nis

nis climactericis scripsere Plato, Censorinus, Gellius, Philo Iudæus, Macrobius, Cicero, Boëtius, D. Ambrosius & Augustinus, Beda, Georgius Valla, & multi recentiores Philosophi & docti viri, & nobis in monumentis suis reliquere, hanc observationem non esse superstitiosam, sed usu & experientia comprobata.

Causas tamen plerique non adferunt, quare annis his certis talia contingant; quanquā enim in eo omnes consentiunt, quod ita fieri constat, sed cur id fiat, non addiderunt.

Seneca scribit se exponere non posse per Philosophiam, quare septimus quisque annus etati signum imprimat: tamen cum dies diem & annus annum, etas etatem doceat, ut in proverbio dici solet, semperque à posteris, prioribus inuentis aliquid addatur, aut planè nouæ considerationes & demonstrationes inueniantur: Marsilius Ficinus Astrologicam huius rei causam adfert, quod singulis septem annis ordo planetarum reuertatur ad Saturnum, ita ut h̄ septimo anno gubernet mortales & eorum corpora.

Nonnulli alij numeris his tantā vim tribuunt, cum septenarius sit plenus & diuidi possit, ut nullus alius primò in unionem & senariū, deinde binarium & quincuncem, postremò in ternionem & quaternionē, & ex varijs figuris compositus, multas formas admittat. Quæ quanquam

bene

bene excogitata sunt; tamen mihi non satisfaciunt.

Ego verò arbitror, saluo tamen aliorum quorumcunque iudicio, Saturnum quidem esse causam præcipuam; sed tamen non propter eam solummodo rationem, quam Marsilius adfert, sed propterea, quod plerumque est peregrinus & interfector mortalium, & quod singulis fere septem annis ad quadratum loci; aut si minus, ad contrarium natura signi, unde egressus est, peruenit. & quemadmodum Luna, quæ nobis proxima est & motu celerrima, fere septimo quoque die in contrarium signum eius natura, unde est egressa, progreditur, & inde criticos producit dies, qui in morbis vel ad salutem, vel ad mortem, vehementem adducunt mutationem: ita Saturnum, qui motu est tardissimus, & tot annos fere, quot diebus Luna in vno signo commoratur; hos periculosos annos, ac climactericos operatur, & has mutationes humorum causatur, cum in generalibus temporum decretis Saturnus non parum momenti habeat, quemadmodum Luna in diebus, secundum Ptolemaeum.

Adiuuant illum & ceteri planeta, propterea quod hi singulis septem annis unà cum Horoscopi profectioe ad oppositum quadratumue signi, aut ad 7. 8. & 12 domum alicuius natiuitatis perueniunt; quæ sunt loca aduersa, infortunata.

tunata & formidolosa bonis & vita hominum, & quod semper septimo quoque anno horoscopus & planeta omnes perueniunt perfectione ad septimam domum aut signum oppositum, in quo ultimo praterlapso septenario anno fuerunt. Qui locus est oppositus natura contrarius & semper aduersus: ita ut sic planeta & horoscopus una cum Saturno frangat, debilitent, & opprimant naturam & vitam his temporibus ex commotione & alteratione humorum.

Addo & hanc causam, ut septimo aut nono mense nati iustam vitam perfectionem obtinent: ita contingere quoque ut vita plurimorum hominum ad climactericos vsq. annos in quibus septenarius numerus, nouenariusque in sese quasi in cyclum recurrunt, producat, ibique absoluat & finiatur.

Est autem numerus septenarius, ut Macrobius lib. 1. c. 6; & post eum Nicetas in Gregorium scribens annotauit, numerus perfectionis, quod solus ex omnibus, qui denario minores sunt, nec ab alio gignatur, nec alium gignat. unde & Arithmetici virginem hunc numerum appellant. & σεπτάρια το σεπτών; id est venerationem atque excellentiam ei tribuentes. Et D. Hieronymus in Amos Prophetam scribens, eundem numerum sanctum vocat, non absque ratione. Constat enim Deum ipsum septimum sibi diem consecran-

secrando aliquid in eo esse cum perfectionis, tum mysterij indicasse. Quod ut fiat manifestum, aliquid huius rei testimonia subiicio.

Deus creauit mundum sex diebus, septimo quieuit, ideoque hunc diem, Iudæis sacrum esse voluit, & ab illis natalis mundi dicitur: tunc enim omnia facta & edita apparuerunt.

Exodi 25. iubet Deus septem lucernas die noctisque accensas fulgere in tabernaculo; quo significatur plena & perpetua donorum Spiritus sancti effusio in Ecclesiam, quemadmodum ritus ille à Zacharia cap. 4. postea copiosius est explicatus.

Præterea septimus annus diuina institutione fuit illis sabbatharius, quo nec agros aut vineas colere, nec culturam terræ exercere licebat, institutus ad memoriam quietis diuina.

Deinde quinquagesimus annus fuit illis quoque sacer, & dicebatur annus iubilæus, post septem annorum hebdomadas circumactas, id est post 49 annos completos, qui fuit illis climacter hebdomaticus. Tunc enim possessiones emptæ sine pretio redibant ad priores veros heredes.

Septimo mense requieuit arca Noë in monte Ararat.

Dixit Dominus Noë, Ex omnibus animantibus mundis, tolles septena & septena, lib. 7. Gen. cap. 7.

Septimo die emisit Noë columbam, quæ redijt,

dijt, ferens ramum oliuæ, & post septem dies iterum emisit aliam, quæ non redijt.

Salomon festos dies septem celebravit, & omnis Israël cum eo.

Defuncto Iacob luxit eum Ioseph cum Aegyptijs septem diebus.

Septies in cruce pēdens locutus est Christus.

Septem horis fuit cruci affixus, & septima expiravit.

Septimo die, id est, Sabbatho quieuit in sepulchro.

Septies septem diebus expletis post resurrectionem misit paracletum.

Post hæc in calo habemus septē stellas errantes: videmus ibidem 7. Pleiades.

Maior minorque Vrsa totidem stellis insignita cernuntur.

Ipse quoque Zodiacus septenario numero non vacat; nam in septimo signo fit solstitium à bruma, in septimo bruma à solstitio: in septimo æquinoctium ab æquinoctio.

Oceanus etiam in incremento æstuum maritimorum hunc numerum seruat: nam primo nascentis Luna die fit copiosior solito: diminitur paulisper 2. die, & sic 3. vsq. ad septimum diem. Deinde iterum crescit paulatim per 7. dies vsq. ad plenilunium, & sic deinceps.

Luna quoque quater septē diebus conficit fere
cursum

cursum suum, & singulis septem diebus sensibiler faciem mutat, & unam quadram complet.

In ægotis etiam in ipsis penè articulis septimorum dierum accidunt subita morborum conuersiones, qui aut oppressos eos perimunt, aut solutos morbos profligant.

Hieronymus dicit, quod ardentissima febres die 7. aut bis 7. aut 3. septimo terminentur, sic ab initio mundi omnes labores ac molestia conquiescunt.

Dentes septimo mense incipiunt mandibulis emergere, septimo anno labuntur & renascuntur pueris, qui Saturno propriè attributi sunt, & sic in his vim ac dominium suum exercet. Decimoquarto anno pubertas accedit, & quando completa fuerit septem annorum hebdomada, id est, septies septem anni, hoc est anno 49. mature scit in homine prudentia & fit ætas perfecta; cum vero ad decadas septenas, id est ad septuagesimum annum fuit peruentum, tunc meta viuendi est peracta. Ita ut cum Cicerone concludendum sit, septenarium numerum rerum omnium nodum esse. Et cum Hippocrate, ætatem hominis septem dierum numero constare: & hunc numerum perfectum, mundum, Deo consecratum, mensuram temporis, ordinis & quietis esse, & symbolum vniuersitatis: ut passim affirmant Plato, Galenus, Cyprianus, Origenes, Hieronymus, Augusti-

gustinus, Ambrosius, Gregorius & alij: ex quorum scriptis, etiam qui Christiani fuerunt, ut Irenaei, Hilarij, Iustini, Polycarpi, Lactantij colligitur, mundum duraturum sex milibus ferè annorum, septimo millenario aeternum sabbatum futurum. Nota enim est traditio domus Heliæ, quæ hoc versu comprehensa est:

Millia sex mundus, postea finis erit.

aut sic:

Mobilis annorum stabit sex millia mundus,

Lux operum mundi septima finis erit.

Ante Deum, nullo quia circumscibitur ævo,
Annorum spacium est mille, quod una dies.

Cum autem viderim meo tempore maximam partem hominum, præsertim qui sunt alicuius nominis, annis fatalibus supra annotatis in summum discrimen honorum, bonorū, & vite labi: & superior ætas etiã animaduernerit, plures præstantes viros (inter hos etiam qui annos climactericos obseruarunt & de ijs scripserunt) hisce annis extinctos; non inutile fore indicauit eos ordine hinc annotare. Et cum Imperatorum, Pontificum, cæterorumque illustrium virorum vita & mors magis nota sit, quàm priuatorum, subijcere ex his exempla volui: Primò qui annis Climactericis & Enneaticis periere: deinde qui annis 49. 56. & 63. extincti sunt, & hi anni heroici appellantur, propterea quòd heroes plerumq.

rumque in ijs vitam cum morte commutāt. Et si aliqui non statim in ipsis annis pereunt, tamen vires valde debilitantur & franguntur, morbi-que oriuntur, ex quibus raro ad pristinam valetudinem perueniunt. Et si igitur non ipsis climactericis, tamen paulo post ferè moriuntur.

Et cum Selneccerus climactericos annos in ætate hominis pulchrè versibus descripserit, etiam illos huic tractatui inserere libuit.

7 Infans septenos postquã compleuerit annos,
Producti dentes, murus & oris erunt.

14 Post septem alios Deus hinc cõcesserit annos,
Fit pubes, nato semine nomen habens.

21 Est iuuenis cum septẽ alios cõcesserit annos,
Et lanugo genas primaque barba tegit.

28 His addas septem, virtutis nomine clarus
Est vir, & hæc ætas optima robur habet.

35 Adijcias alios septem, volet esse maritus,
Et memor arcane posteritatis erit.

42 His alios iungas septem, prudentia pectus
Ornabit, studium nec leuitatis erit.

49 Annumeres septem, grãuitas erit inclyta
lingua:

56 Septem alios, lingua congruit ingenium.

63 Additur his nonus cum septenarius, ipse est
Perfectus, vires sed nimis interimit.

Scilicet his annis multi periere duobus,
Quorum laus celebris Marte togaque fuit.

E Hi

*Hi quoque nunc varijs fortunæ casibus anni
Subiiciunt multos exitiûmque ferunt.
70 Accedant alij septem, mors dura vocabit
Ad tumultum fessos decrepitósque senes.*

SEQUENTES PERIE-
RVNT ANNIS HEBDO-
maticis siue climactericis.

*Adam primus homo & parens noster vixit
annos 930, mortuus ergo est anno ætatis 931.
qui fuit annus eius climactericus, nam continet
in se septies centum triginta tres annos.*

*Kenan quartus post Adam vixit annos 910.
mortuus anno climacterico ————— 130.
continet enim in se septies 130. annos.*

*Mahaleël v. post Adā mortuus est anno 895.
cũm annum climactericum — 128. ingressurus
esset.*

*Enoch septimus post Adā sublatuſ est transf-
acto anno climacterico 52, cũm ————— 365
annum attingisset.*

*Lamech. Omnes anni ætatis Lamech fuerunt
777. & mortuus est, Genes. 5. cap. Anni æta-
tis Lamech, sunt planè climacterici, hoc est,
tempus ipsius vite numero septenario termina-
tur, ac incidit annus eius obituſ in 721. annum
post mortem Adami, hoc est, effluxis septies*

103. an-

*103. annis, & fuit Lamech primus mortalium,
qui ante obituſ patris naturali morte defunctuſ
est.*

*Abraham mortuus est anno ætatis — 175.
Genes. 25. cap. qui est climactericus, nam conti-
net in se septies viginti quinq.*

*Zebulo mortuus est anno climacterico & 126.
enneatico maximo, nam hi anni continent in
se septies octodecim & novies tredecim.*

*Sara mortua est anno ————— 127.
cũm annum enneaticum & climactericum ma-
ximum vix superasset.*

*Iacob Patriarcha periit anno ætatis — 147.
Genes. 47. cap. qui est climactericus, nam con-
tinet in se septies viginti unum.*

*Iuda filiuſ Iacob anno ætatis ————— 119.
continet in se septies septemdecim.*

*Moyſes mortuus est, agens annũ ætatis 120.
ergo per aliquot meſes tantum exceſſit annum
climactericum ————— 119. ut Iosephus
lib. 4. affirmat.*

*Thales Mileſiuſ ex ſeptem ſapientibuſ Gra-
cia anno 70. mortuus est, cũm certamen gym-
nicum ſpectaret, æſtu ſcilicet ac ſiti & infirmi-
tate fatigatuſ.*

*Pittacus Mitylenæuſ ex 7. ſapientibuſ vixit
annos ————— 70.*

Epimenides Cretenſiſ vixit annos — 154.

E 2

clima-

climaëtericos 22, teste Xenophone Colophonio.

Socrates ab Atheniensibus damnatus cicutam bibit anno etatis ———— 20.

Aristoteles bibens aconitum mortuus est anno etatis 70. alij dicunt illum anno 63. perijisse, ut scribit Diogenes Laërtius.

Cleobulus Lyndius inter 7. Græcia sapientes numeratus, decessit anno etatis ———— 70.

Zeno Citticus anno ———— 98.

Cleāthes Zenonis auditor obiit anno etatis 98.

Cyrus primus Rex Persarum, qui Darium vicit, anno 70. mortuus est, ut Cicero scribit De diuinatione.

Dionysius Philosophus mortuus est anno 91.

David rex & propheta mortuus est anno 70. anno climaëterico, 63. à filio Absolon regno eiectus.

Seleucus Rex Syriae ac Asiae cum annum 77. superasset per aliquot menses & vicisset Lysimachum regem Macedoniae, interfectus est à Ptolemaeo Cerauno, & perdidit vitam unà cū regno.

Philippomenes exulum dux Messinensium à quibus captus, veneno interfectus anno ———— 70.

Ennius poeta ———— 70.

Hannibal Carthaginensis veneno sumpto perijt cum à Romanis obsessus esset, anno ———— 70.

Sophocles Tragicus scriptor ex nuncio de victoria sibi allato nimio perfusus gaudio moritur natus

natus annos nonaginta, mortuus est anno ———— 91.

C. Marius Cimbrorum victor ab exilio reuocatus à Cuma in urbem introductus, cum septimum consul factus esset, pluribus cadibus patris, Idibus Ianuarijs anno ———— 70. mortuus est, cum metu aduentantis Syllæ in pleuritidem incidisset, quam phrenesis comitata fuerat: Floro referente. Alij scribunt illum mortuum esse enneatico 72. septimo die sui septimi consulatus.

Octavius Augustus, qui Cassium & Brutum in Macedonia vicit, Sextum Pompeium in Siculo freto superauit, Marcū Antonium in Actiaco littore debellauit, & reliquam orbis partem per legatos domuit, Caesar & dictator factus, sub quo Christus redemptor noster natus est: vixit 76. annos, tantum 3. menses abfuit à climaëterico, ut nonnulli volunt. Sextus Aurelius scribit illum morbo Nolæ interijisse, cum ———— 77. annum ingressus esset.

Cleopatra adhibito aspide brachijs, cum prius se Antonius interfecisset, dicens: Ita oportet mori tot regum prolem, vixit annos ———— 28. & aliquot menses.

Tiberius Imperator vixit annos ———— 77. & quatuor menses, cum lentum venenum à C. Caligula, ut suspicio est, propinatum hausisset.

Herodes Ascalonita rex Iudaorum, ad quem

missus est Christus, & qui pueros interfecit, obiit
anno _____ 70.

Britannicus filius Claudij, à Nerone inter-
ficatur anno etatis _____ 14.

C. Caligula Caesar anno 28. triginta vulne-
ribus interfectus est.

Lucius Verus natus est Romæ anno Christi
129: obiit Altini apoplexia correptus anno 42.

Perseus Flaccus Satyricus Volaterranus anno
28. mortuus est: anno Christi 64. sub Nerone.

Linus Historiographus Romanus _____ 77.

Lucanus poëta venam sibi secandam præ-
buit _____ 28.

Pomponius Atticus febre tentatus, diutius
morbum alere noluit, & cibo abstinens mortuus
est _____ 77.

Flavius Vespasianus Augustus ad imperium
post familiam Iuliorum peruenit, cum Vitellium
per suos vicisset. natus est post Christi natalem
anno 11. iuxta occasum Solis: discessit teste Eu-
sebio anno etatis _____ 70.

Titus Vespasianus, qui Hierosolymam & Iu-
daicam gentem vicit, moritur anno _____ 42.
Anno Christi 83. febre correptus.

Antonius Cæsar mortuus est cum triduo ante
ex esu fasci Alpini in febrim incidisset _____ 70.

Aelius Publius Pertinax crudeliter à suis mi-
litibus interfectus anno etatis _____ 70.

Publius

Publius Licinius Valerianus imperator in
ignominiosa captiuitate mortem cum vita com-
mutauit anno _____ 70.

~~Quoniam hoc solus fons est totius doctrinæ
et scientiæ huiusmodi. et ceteris libris
hæc doctrina non accipi debet, _____ 70.
et ceteris libris, quod est in quibusdam libris.~~

Heraclius Constantinus veneno sublatum
anno 28.

Beatus Antonius monachus anno etatis 105.
ut Hieron. in Vita patrum tradit.

Ludouicus Germanicus, Ludouici pij filius,
nepos Caroli magni, Francofurti obiit anno eta-
tis _____ 70.

Maximini imperatoris filius interfectus ad
Aquilegiam cum patre à militibus _____ 21.

Origenes mortuus est _____ 70.

Sæctus Hieronymus vixit annos _____ 91. mor-
tuus in Bethlehem anno Domini 420.

Alexander Episcopus Constantinopolitanus
qui Arrium precibus ad mortem adegit _____ 98.

Constans filius Constantini Magni interfici-
tur à Magnentio non procul ad Hispania in arce
Helena, annum agens _____ 28.

Sæctus Augustinus mortuus est Hippone
cum Wandali oppugnarent illam, & vixisset
annos 76. ergo obiit _____ 77.

Rogerius Normanus Comes Calabriae ac Si-
ciliae,

E 4

ciliae,

72 CATALOG. VIROR. EXCELL.
 cilia, qui eiecit Saracenos ex Sicilia, & ibidem
 posteris regnum constituit, perijt anno — 70.
 Sanctus Columba Abbas in Scotia anno 77.
 perijt, vt Beda scribit.
 Sanctus Vtricus Episcopus Augustanus vixit
 83. annos; mortuus ergo anno etatis — 84.
 Sanctus Thomas Aquinas obiit anno Chri-
 sti 1270. Anno etatis — 70.
 Otto Episcopus Bābergenſis Comes de Ande-
 scho qui Pomeraniam ad fidem Christi conuertit
 moritur anno — 70.
 Constantinus nonus imperator occidentalis
 obiit anno — 70.
 Eduardus primus rex Anglie mortuus 70.
 Sancta Brigitta ex Suecia mortua Romæ, qua
 scripsit reuelationes, obiit anno — 70.
 Alexius Comnenus Cōstantinopolitanus 70.
 Iohannes Bocatius Florentinus pōeta, Astro-
 logus & Philosophus, anno etat. — 42.
 Ladislaus iunior Rex Hungaria ac Bohemia
 cū pacem iuratam ex Iuliani Cardinalis in-
 ſtinctu renunciaſſet apud Vernam à Turcis in-
 terfectus eſt, anno 21. quamquam alij ſcribunt
 21. anno etatis 18. enneatico.
 Reuchlinus homo doctus anno — 70.
 Iohannes Albertus Rex Polonia — 42.
 Carolus octauus rex Franciæ qui regnū Nea-
 politanum ſubegit, apoplexiamortuus, cū tan-
 tum

IN ARTE ASTROLOG. 73
 tum 22. dies à climacterico abeſſet — 28.
 Sigismundus Imperator Caroli 4. filius, qui
 Conſtantiense concilium celebrauit anno — 70.
 Iulius ſecundus Papa in Vaticano palatio pe-
 riit anno — 70.
 Alexander Borgias VI. pontifex per mini-
 ſtri incuriam epoto veneno, ~~quod ab ipſo dicitur inſu-
 ſuſe~~, annum 70. excedens per 8. meſes obiit.
 Solymanus Turcarum Imperator perijt in
 expugnatione Sigeti annum agens 76. tantum
 per aliquot meſes abfuit à — 77.
 Chriſtiernus 2. trium Borealium regnorum
 quondam rex, nempe Dania, Sueciæ, Noruegiæ,
 & Caroli V. affinis in captiuitate perijt anno 77.
 Petrus Bembus Cardinalis Venetus vir do-
 ctiſſimus atque eloquentiſſimus ſcripſit Vene-
 tam Hiſtoriam & Epistoſas Leonis X. nomine
 anno — 77.
 Ludouicus Gratus vtriuſque linguæ, astro-
 rum ac totius mathematices ſcientiæ peritus 21.
 Philippus rex Hiſpaniarum Maximiliani pri-
 mi Caſaris filius vixit annos — 28.
 hoc eſt, 4. ſeptenarios.
 Iohanna mater Caroli V. ſepties ſeptem an-
 nis h. e. 49. vidua permansit, & morbo extincta
 eſt — 70.
 Ludouicus vltimus Rex Hungariæ victus &
 Turcas fugiens in palude mortuus inuentus
 E 5 anno

anno 20. non multum abfuit ab ——— 21.

Marchio Fridericus de Anspach moritur prius mente captus anno ——— 70.

Erasmus Roterodamus ~~theologus & scriptor~~ moritur Basileæ ——— 70.

Albertus Marchio Brandenburgensis qui cum Carolo v. & Francisco rege Gallie bella gessit, exul perijt anno ætatis ——— 35.

Iohannes Schonerus mathematicus mortuus est anno ——— 70.

Rudolphus Agricola Frisus Heidelberge obiit cum ætatis annos compleisset ——— 42.

Nicolaus Copernicus Astrologus eximius & in illa arte Germanicus Ptolemeus ——— 70.

Franciscus Petrarcha obiit anno ——— 70.

Fridericus Dux Lignicensis ——— 70.

Christophorus Longolius diligens imitator Ciceronis moritur Padue ——— 35.

Doctor Pontanus Senior Cancellarius Electoris Saxonie ——— 70.

Hippolytus Medices Cardinalis ex veneni potione interijt ——— 28.

Hieronymus Vrsinus Romæ ante ædem pulchra puellæ fuit vulneratus, ex quo vulnere paucis post diebus in suo oppido perijt anno ——— 28.

Iohannes Medices pater Magni Cosmi ducis Hetruriae ictu tormetalis machinæ perijt 28.

Henricus Rançovius Pauli filius in aquam lapsus

lapsus fracto collo perijt, cum ex conuiuio Ducis Holsatiae Adolphi discederet ——— 28.

Iohannes Petrus Carafa, postea Pontifex factus ac Paulus 4. nominatus, bellum gessit cum Rege Hispaniarum, mortuus anno ——— 84.

Erasmus Reinholdus qui tabulas Prutenicas edidit, obiit anno ——— 42.

Albertus dux primus Borussiae moritur anno ——— 77.

Hieronymus Tirusanus Venetus Episcopus Veronensis mortuus est in concilio Tridentino 35.

Fridericus Marchio Brandenburgensis, archiepiscopus Magdeburgensis Ioachimi 2. electoris filius, perijt anno ——— 21.

Sigismundus Marchio, Episcopus Hallensis obiit 28. sine anno climacterico quarto.

Ioachimus Brocktorff nobilis Holsatus, ac in bello Suetico unius alic dux, perijt post longum morbum ——— anno 35.

Melchior Sestadius nobilis Holsatus unicus filius ——— 21.

Fridericus dux Lunenburgensis Ernesti filius occubuit in prælio commisso inter Mauritium Electorem Saxonie & Albertum Marchionem Brandenburgensem ——— 21.

Adolphus Comes Nassonicus frater Principis Auantia, occubuit ad Groningam quando comes Arenbergensis cum nonnullis Hispanis interfectus est, anno ætatis ——— 28.

Huldericus ab Hutten, Francus ~~ucladonius~~
~~Blasiorum profugus~~ oriundus, ~~apud~~ ~~clim-~~
~~gecum~~ ~~atque~~ ~~per~~ ~~hunc~~ ~~clim-~~ ~~atque~~ ~~per~~ ~~hunc~~ ~~clim-~~
~~atque~~ ~~per~~ ~~hunc~~ ~~clim-~~ ~~atque~~ ~~per~~ ~~hunc~~ ~~clim-~~
 mortuus anno _____ 35.

Fridericus Dux Saxoniae, ducis Georgij filius,
 moritur Dresda, anno aetatis 35. quinto clima-
 terico.

D. Iustus Ionas iunior iuriconsultus, Haf-
 niae in Dania decollatus est anno aetatis — 42.
 climaterico sexto.

Henricus 2. Galliarum rex Francisci filius
 accedente ardenti febre ad vulnus capitis quod
 in nuptijs sororis in hastiludio acceperat, perijt
 anno 1559. aetatis vero 42. climaterico sexto.

Iohannes Weinman medicus in Anspach
 anno _____ 70.

Wilhelmus à Dietsbach. eques auratus ex no-
 bili genere Bernensi _____ 70.

Gangolphus liber Baro in Hohen Geroltzeck
 maximus dux exercituum, praesertim in bellis,
 quae inter Maximilianum Casarem, & Venetos
 gesta sunt, saepe etiam cum Turcis feliciter con-
 fluxit, mortuus anno _____ 70.

M. Huldericus Martinus praepositus Mona-
 steriensis anno _____ 77.

D. Leonhardus ab Eck Iuriconsultus Bau-
 riensis _____ 70.

Theodorus Brandt cōsul Basiliensis anno 70.

H I A N N I S E N -
 N E A T I C I S
 interierunt.

Amazius rex in Iudaea perijt anno aetatis 54.

Achaz rex in Iudaea filius Ionathan an. 36.

Pythagoras Abderites Philosophus anno 90.

Pyrrho Helicnsis _____ 90.

Plato mortuus est, ut ex Cicerone, Seneca
 & Censorino constat, anno aetatis _____ 81.

Xenocrates Chalcedonius Platonis auditor
 mortuus agens annum _____ 82.

Diogenes Cynicus ferme excessit annos 90.

Epicharmus Cous obiit anno aet. _____ 90.

Protagoras obiit cum attigisset annum 90.

Apollodotus ait illum 70. anno mortuum.

Hieron rex Siciliae _____ 90.

Attalus rex Bithyniae ac minoris Asiae Livio
 referente mortuus est agens annum _____ 72.

Tarquinius Superbus rex Romanorum eie-
 ctus propter adulterium Lucretiae Cumae in exi-
 lium mortuus est, anno aet. _____ 90.

Orestes filius Agamemnonis qui interfecit
 Aegisthum adulterum & matrem propriam 90.

Antiochus Octavius de matris insidijs per
 indicium edoctus venenum sibi praeparatum à
 matre, illam ebibere coegit, atque eodem scelere
 ipse

ipse mox usurus contra Cixicenum fratrem bellum eius attraxit, cum quo per omne tempus vita bellum gessit, interfectus fraude. Heraclionis anno _____ *54.*

Eumenes Cancellarius Alexandri Magni primo à suis proditus, deinde interfectus anno 45.

Samius senex aceto scillitico utens, produxit vitam integer usque ad annum ætatis 117. referente Galeno.

Isocrates orator Atheniensis, audita clade Cheroneensi quadridui inedia moritur natus annos 99. non volens quartò videre Athenas occupari. Plutarchus in vitis Rhetorum.

Mithridates à proprio filio Pharnace obsessus scipsum veneno interfecit, cum annos 60. imperasset, & bellum cum Romanis gessisset 40. annos, & annum attingisset _____ *72.*

Hyrchanus interfectus ab Herode post pugnam Actiacam cum ad Octavianum proficisceretur, annum agens _____ *81.*

Herodes Agrippa ab angelo Dei percussus & à vermibus deuoratus perijt anno _____ *54.*

Sulpitius Galba Cesar interfectus _____ *72.*

Mater Pomponij Attici _____ *90.*

Otto Imperator natus Roma anno Christi 33. seipsum occidit, prælio victus à Vitellij ducibus Debriaci vixit annos _____ *36. men. 11.*

Epicurus _____ *72.*

Carnea-

Carneades noua Academia princeps excessit à vita anno _____ *45.*

Ouidius patrem suum ait vixisse annos 90. lib. 4. Tristium.

Domitianus filius Vespasiani interfectus à cubicularijs confossus 7. vulneribus, uxore coniurationem non ignorante _____ *45.*

Auitus pseudo-Antonius sive Sardanapalus interfectus 19.

Vitellius Imperator per scalas gemonias tractus numerosis ictibus confossus interijt annos natus _____ *54. & 4. mens.*

Iohannes Apostolus frater Iacobi maioris in ardenti inuocatione Dei Ephesi sub Traiano cum vix hebdomaticum superasset, moritur 99.

Constantinus moritur apoplexia post Christum natum 36. anno ætatis _____ *45.*

Qui fuit filius Constantini Magni.

Sanctus Martinus Episcopus Turonensis 81.

Boldeflaus dux Polonorum _____ *54.*

Sanctus Martinus miles sub Iuliano moritur anno _____ *81.*

Sanctus Franciscus _____ *45.*

Theodoricus Lascaris imperator Constantinopolitanus _____ *36.*

Alexander Casimiri 3. filius, Rex Poloniae, moritur Vilna, cum ei nunciaretur præclara de Tartaris victoria per legatum suum parta anno ætatis _____ *45. Ladis-*

Ladislaus rex Hungariae ac Bohemiae veneno perijt, ac intra horas 36. sanus, vivus & mortuus fuit annum excedens vix ————— 18.

Premeslaus Dux magna Poloniae ————— 36.

Urbanus 6. pontifex ————— 72.

Gregorius 12. pontifex ————— 90.

Paulus 2. pontifex ————— 54.

Carolus Magnus ad quem primum Imperij Romani titulus & dignitas à Grecis Imperatoribus translata est, mortuus ex pleuritide anno Domini 814. etatis ————— 72.

Philippus Maria Mediolanensium dux, quo nullus huius ducatus felicior aut potentior fuit, tres reges una vice captivos habuit: perijt a. 54.

Franciscus Philelphus mortuus Mantuae anno ————— 90.

Filius Rudolphi Imperatoris submersus in Rheno ————— 18.

Wencelaus iunior Rex Bohemiae traicitur gladio ————— 18.

Iohannes 22. papa Avinione mortuus 90.

Andronicus iunior Constantinopolitanus mortuus anno 55. vix excedens annum 54.

Ludovicus senior barbatus dux Bauariae 81. & aliquot menses vixit.

Franciscus Philelphus poeta & Philosophus obiit ————— 81.

Dux Guilielmus Brunsvicensis moritur 90.

Carolus

Carolus dictus Bellator, dux Burgundiae, Caroli V. Imperatoris proavus, ad Cranseium vitus, & occisus à Renato duce Lotharingiae & confederatis Heluetiis anno aetatis 44. tantum per aliquot menses absuit à 45.

Electo Albertus Marchio Brandenburgensis Achilles Germanicus dictus moritur in electione Maximiliani primi anno aetatis ————— 72.

Zwinglius interfectus in bello anno ————— 45.

Paulus 3. pontifex maximus ex Farnesiorum familia paululum, ut illi praedictum erat, egressus annum 81. auditu morte nepotis.

D. Paulus Fagius ~~theologus~~ moritur in Anglia ————— 45.

Iohannes Brentius ~~theologus~~ ————— 72.

Franciscus Francisci Regis filius Delphinis veneno perijt ————— 18.

Camillus Triniultius occisus fuit icu bellici tormenti ————— 36.

Sigismundus primus Casimiri filius Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, anno ————— 81.

Borbonius Romam oppugnans bombardam traiecit, dicens, Vix tibi Roma & mihi, perijt 36.

Macrinus imperator natus humili loco occisus est Idib. Iun. aetatis anno ————— 54.

Georgius Fronsbergius clarus dux Maximiliani & Caroli V. in 20. conflictibus semper honorificam victoriam obtinuit: obiit an. aet. 54.

F Mar-

Marcus Antonius Columna Romanus ictu
tormentalis machine interfectus ——— 45.

Frater Hieronymus Saanarola vir excellen-
ter doctus, mandato summi pontificis Florentie
suspensus est, & combustus, cum vixisset 45.
annos & aliquot menses.

Antonius Xrceus Codrus, qui multa scripta
edidit, obiit ——— 54.

Petrus Aloysius Parma & Placētia dux, Pau-
li 3. Pontificis filius, occisus est in proprio domi-
cilio, & è fenestra suspensus anno etatis 44. cum
tatum per 3. menses ab enneatico abesset — 45.

Georgius ab Anhalt Episcopus Mersburgensis
præpositus Magdeburgensis anno etatis 45. &
2. mens.

Margareta Rosenkrantzia ex familia nobi-
li Danica periit ——— 18.

Doctor Georgius Maior ——— 72.

Vldaricus Mordisus quondam cancellarius
Electoris Saxonie, deinde ab eodem in propria
domo captivus retentus, tandem subito ac mi-
serè periit ——— 72.

Iohannes Rantzovius pater Henrici & Pauli,
cuius virtus fidesque domi militiaq. cognita
fuit tribus Danie regibus Friderico, Christiano
3. & Friderico secundo: & si mortuus sit anno
73, tamen morbus incepit & nunquam con-
valuit anno ——— 72.

Frider-

Fridericus III. Dux Saxonie Elector, co-
gnomēto sapiens, Ernesti filius, mortuus est cum
vixisset annos ——— 72.

Hermannus Archiepiscopus Coloniensis Co-
mes in Weda, moritur anno 80. tantum 4. men-
ses & 17. dies abfuit ab enneatico ——— 81.

Victorinus Strigelius primum propter dispu-
tationem religionis captus, postea liberatus, mo-
ritur anno ——— 45.

D. Hieronymus Brunsvick medicus & phar-
macopola Argentinenis illa sa valetudine per-
duxit vitam ad annum ——— 90.

Wilhelmus Comes Hennenbergensis post piam
confessionem & Dei invocationem placidè obiit
anno Christi 1559. etatis ——— 81.

D. Aepinus Ecclesie Hamburgensis superin-
tendens periit anno etatis ——— 54.

Lucas Cranach senior, pictor excellens & vir
sapiens, moritur Vimaria anno etatis — 81.

Barnonus dux Pomoraniae senior Bugslai fi-
lius, obiit in arce Aderburg placidè anno eta 72.

Fridericus Dux Saxonie Alberti filius, Teu-
tonici ordinis Magister, pulsus à Polonis, periit
Rochlitij in exilio, anno etatis ——— 36.

Thomas Witenbach ~~Tholomus~~ & professor
Basiliensis ~~undicageny~~, mortuus ——— 54.

Philippus Comes ad Rhenum moritur anno
44. tantum 5. menses & 27. dies abfuit à 45.

Huldericus Dominus in Rappoltstein, dux exercituum ————— 36.

Chilianus Leibius Prior Rebderfensis an. 81.

Christoferus dux Wirtenbergensis anno 54.

Sequentes perierunt anno 49.

Lucius Crassus orator, ut Cicero refert, eo anno perijt.

Cato Pompeij partes secutus Utica seipsum interfecit, postquam Caesar Iulius Scipionem & regem Iubam superasset.

Alexander rex in Iudæa cum per aliquot annos febris quartana laborasset.

Tamerlanes.

Ladislavus Jagellonus Rex Polonia.

Conradus Celtis primus Poëta in Germania.

D. Iohannes Oecolampadius Theologus, trium linguarum peritissimus.

Ioannes Paulus Baglionus Perusinus in mole Adriani fuit decapitatus iussu Leonis decimi.

Theodosius Imperator Constantinopolitanus vixit annos 49. menses 3. dies 19.

Frater Cyriacus ordinis servorum in arce Cremonæ seipsum interfecit, annum ——— 49. vix excedens.

Honorius Theodosii imperatoris filius postea imperator, vixit annos 49. menses 11. dies 7. obiit Romæ.

Nico-

Nicolaus de Rudolphis Cardinalis Florētinus ditissimus.

Rex Iohannes Legionis & Castilia mortuus est anno 49. etatis.

Camillus Palliotus Bonon. poëta elegantissimus, orator facundissimus, Græcarum literarum non ignarus, perijt in Gymnasio Felsineo.

Iacobus Bordingus Antverpiæ natus regis Danicus medicus obiit anno at. ——— 49.

Molestinus Pistorius utriusque I. D. Professor ac consul Lipsensis.

D. Iohannes Schneidevin iuriconsultus obiit Zeruestæ apoplexia.

Maximilianus 2. Imperator, filius, gener, ac pater Caesaris, mortuus est Ratisbonæ in Comitibus annos natus 49. mens. 2. dies 10.

Simō Grinaus Theologus natione Suevus mortuus anno etatis 48. tantum 5. menses abfuit ab anno ————— 49.

Ioachimus Eichorn Abbas in Ensdel.

Hi anno 56. interierunt.

Horatius.

Dion Syracusanus, qui Dionysium ex Sicilia eiecit, interfectus est.

Romulus aut interfectus à suis, aut igni caelesti consumptus.

Scipio Africanus in lecto mortuus inuentus.

C. Iulius Caesar in senatu tribus & viginti vulneribus occisus est.

Augustus præfuit Imperio Romano 56.

Valerianus sanguine suffocatus,

Tiberius suscepit imperium anno 56.

Nerva Imperator moritur cū vixisset 56. 10. mens. 10. dies.

Caius Iulius Agrippa præfectus Britannia.

Plinius 2. Veronensis scriptor naturalis historia ab Actna suffocatus, anno Christi — 82.

Constantius Constantini Magni pater quem genuit ex Helena filia regis Angliæ, Eboracæ in Anglia moritur.

Monica mater Dni Augustini.

Paulina Romana, quæ in Bethlehem mortua est, superuixit 8. menses & 2. dies; ut in lib. S. Hieronymi inuenitur.

Caiginus Cato, veteri Catorum familia oriundus, Romæ quinquies flaminem dialem, ter prætorem, bis cæsorem, semel dictatorem, quinquies

quies consulern gessit: is annos 56. vixit. Rosaniam amavit virginem vestalem filiam Gn. Curtij, ob quam exilio multatus, maximo cum probro infamis obiit, ut Marcus Aurelius Imperator in Epistola scribit.

Henricus 4. Imperator eo anno etatis depositus ab Electoribus procurante id Pontifice per filium, & mortuus. & obseruandum est, quod hoc ei contigit post patris mortem anno 49. postquam arma sumpserit 42. post matris mortem 28, postquam à Clemente Romæ fuerit coronatus 21. Hi anni omnes sunt climacterici.

Nicephorus Imperator Constantinopolitanus interficitur à Iohanne Zimisca, sciente propria uxore in palatio.

Simeon qui vixit in seuerò ordine, ita ut illum nominent Simeonem in columna.

Fridericus Imperator Henrici 6. filius, capto suo filio à Bononiensibus, præ dolore in morbum incidit, & in illo à filio illegitimo puluinaris suffocatus est ingrediens annum ————— 57.

Ludouicus Caroli filius Rex Vngariæ.

Dantes poëta Florentinus.

Rudolphus Habsburgësis in imperatorē electus est anno etatis 56. ex cuius posteris Carolus & Ferdinandus Cæsares nati sunt, & domus Austriaca & Hispanica orta.

Bartholdus de Saxo-ferrato D. iuris.

Ludovicus 12. Rex Francia perijt anno etatis 55. non multum absuit ab anno ——— 56.

Matthias rex Hungariae Vienna apoplexia moritur. & observandum quod anno 14. etatis suae una cum fratre incarceratus; frater supplicio affectus, ipse magna pecunia liberatus ad regnum Hungariae pervenit: formidabilis fuit non solum Friderico Imperatori sed etiam Turcis & Venetis.

Ioanes Duglossus historiographus Polonorum.

D. Bernhardus Zieglerus.

Adolphus 4. dux Holsatia, qui maxima bella propter ducatum Slesvicensem cum regibus Daniae gessit.

Sixtus quartus pontifex.

Albertus Marchio Brandenburgensis elector, Cardinalis & Episcopus Moguntinensis, Magdeburg. & Halberstadensis.

Iacobus Mutius Attendula submersus, cognominatus Sfortia, maximus dux exercituum, cuius posterius ducatum Mediolanensem gubernarunt, non multum absuit ab anno ——— 56.

Martinus 111. pontifex ex Columnensium familia, qui in Constantiensi concilio fuit electus.

Marcellus 2. Papa.

Henricus octavus rex Angliae qui Thomam Morum interfici curavit, & nonnullas ex suis uxoribus.

Breda

Breda Rantouius quondam vicarius. Regius Danicus in Holsatia.

Iohannes Calvinus.

Albertus Durerus excellens pictor & vir sapiens.

Petrus Oxius Gubernator regni Daniae, semel in exilium eiectus, postea reuocatus ac administratione regni iterum potitus, perijt aqua intercute.

Andreas Osiander Theologus.

Fridericus primus Rex Daniae, qui Christianum 2. à tribus Septentrionalibus regnis eiecit.

Christianus 3. cui per somnum reuelatus est dies obitus ipsius, qui bellum gessit cum Lubecensibus, & pacem contraxit cum Carolo V.

Caesar Carolus anno etatis 56. profectus in Hispaniam filio Philippo regnum ac Ducatus commisit, omnibus suis subditis & legatis praesentibus in inferiori Germania valedixit, imperiumque Romanum fratri tradere constituit, ac monasticam vitam elegit.

Comes Albertinus Buschettus Ferrariensis fuit à carnifice decapitatus & in 4. partes disceptus.

Comes Hieronymus de Pepulis Bononiensis obiit morte repentina, cum egressus esset vix annum 56.

D. Iohannes Hesus pastor Ecclesiae Vratislavianensis.

F 5 Magi-

Magister Franciscus Winmariens. ducum
Saxonia Cancellarius.

Iohannes Iacobus à Wattenweil praeses Ber-
nensis.

Hi anno hebdomatico & enneatico
magno 63. perierunt.

Orpheus

Anaxagoras Clazimennus Philosophus.

Aristoteles, ut Laërtius scribit.

Demosthenes.

Numa Pompilius.

Darius filius Hystaspis Persarum 3. rex, ex
equi hinnitu ad imperium peruenit, Babylonem
recepit, mortuus hoc anno.

Cicero fons eloquentiae, Roma, proscriptus
à Triumuiris & capite truncatus: Fulvia uxor
Antonij linguam eius acu transfixit. Sed hoc ob-
seruandum, quòd anno 49. in exilium eiectus,
anno 56. proconsul Cilicia factus, qui anni
sunt omnes climacterici.

Sallustius historiographus Romanus & capi-
talis inimicus Ciceronis, qui repudiatã eius uxo-
rem duxit.

Cornel. Gallus Foroliniensis poëta & orator
eximius, sibi ipsi manus intulit.

Claudius ab Agrippina propria uxore vene-
no sublatus, ut filium Neronem Imperatorem ef-
ficeret,

ficeret, quo tamen ipsa postea necata est.

Maria virgo mater Domini nostri Iesu Chri-
sti, secundum traditionem Eusebii.

Traianus Imperator vixit annos 63. mens.
9. dies 4.

Adrianus Caesar aqua intercute ad Baias mo-
ritur.

Tiberius 2. Imperator.

Iohannes Baptista Montanus, Veronensi ge-
nere nobilis, medicorum sui temporis in Italia
princeps, Teruntij in pradio suo moritur annum
agens _____ 63.

Cæsar Mauritius unã cū uxore ac liberis mi-
serè à Phoca successore suo interfectus.

Venerabilis Beda, quem tamen auctor Specu-
li historiarum scribit mortuum esse anno etatis
70, nonnulli 72.

Ludouicus Pius Caroli Magni filius mortuus
est proximo post 63. anno.

Thomas Linacer medicus Anglus, multis
scriptis clarus, qui & Londini collegium fieri
curauit: proximo post 63. anno etiam mortuus.

Sanctus Bernhardus anno & die 63. obiit,
Claravallis cœnobij primus Abbas.

Mahometes pseudopropheta, quanquam alij
illum decepsisse anno 40. volunt.

Georgius Scanderbegius Castriotus Epirota-
rum princeps clarus ob victorias contra Turcas.

Eber-

Eberhardus Schneppius ~~in~~ ~~lingua~~ ~~latinum~~ ~~integritatem.~~

Georgius M. ordinis Iohannitarum, cum superasset annum 63. per mensem & 4. dies.

Sebastianus Mûsterus Cosmographus professor Basiliensis peste infectus.

Ludovicus Banarus Imperator paula antè depositus à pontifice & electoribus cadens cū equo, ex quo mortuus est.

Bernhardus Ziegelerus in equestri familia natus ~~theologiae~~ ~~Hebraicè~~ ~~lingua~~ ~~peritissimus.~~

Nicolaus Cusanus Cardinalis clarus tempore Friderici Caesaris, Germanus, Rhetor, mathematicus, Philosophus, & trium linguarum peritus.

Hieronymus Alexander Cardinalis Brundusinus è Comitibus Landriæ, Hebraicè & Latine valde doctus, absuit tantum 14. dies.

Martinus Lutherus.

Philippus Melanchthon cum compleisset annos 63. dies totidem, moritur Witebergæ.

Philippus Landtgravius Hassiæ dum contra Casarem Carolum arma moueret, captus, & postea à filio & Electore Mauritio liberatus in sua ditione perijt.

Beatus Rhenanus vir doctissimus obiit Argentinae ætatis suæ 62; ergo à climacterico parum absuit.

Aeneas

Aeneas Silvius Senensis, postea ad pontificatum electus, dictus Pius secundus, mortuus annum ætatis agens 64. per aliquot menses annum climactericum 63. superavit.

Franciscus ab Halle nobilis Brunsvicensis, qui ingentes diuitias filia qua Henrico Rantzouio nupsit, reliquit; & clarus propter multas magnorum principum aduersitates & captiuitates fuit, quas superavit.

D. Nicolaus Reibelsen iuriconsultus, Caroli V. Regis Ferdinandi, Archiepiscopi Saltzburgerensis Consiliarius.

Jacobus Sturmius ~~supra~~ ~~in~~ ~~Germania~~ ~~magis~~ ~~et~~ ~~fama~~ ~~plena~~ ~~clarissimus.~~

D. Iustus Ionas senior contra quem scripsit Erasmus.

Georgius Spalatinus concionator in aula Ducis Saxoniae electoris.

Philippus Cominæus eques Flandricus, qui historiam Ludouici XI. eiusq. filij Caroli VIII. prudenter descripsit lingua Gallica.

Petrus Martyr Vernelius Florentinus Theologus.

Dethlennus Bockboldius Dominus in Wensin & Muggesfeld.

Anus, pater, ac mater Danielis Rantzouij belli ducis contra Ericum Regem Sueciæ, omnes periere hoc anno climacterico. Aui nomen erat

Anto-

Antonius, patris Gothscalcus.

Hieronymus Frobenius Typographus Basiliensis moritur anno aetatis 62. abfuit per aliquot menses à climacterico 63.


Similia exempla ex historijs & quotidiana vita colligi possunt, quamplurima; quæ ut ostendunt annos climactericos & enneaticos esse periculosos, ita eosdem ex caelestibus arcanis causis dependere est manifestum, & nequaquam Epicureorum more cõtennendi, aut reijciendi sunt. Sed quando instant, medici & astrologi consulendi, in omnibus actionibus prudentia adhibenda, temperantia in cibo & potu & in rebus necessarijs exercenda. Et postremò Deus immortalis ardentibus votis inuocandus, ut vitam nobis proroget; nos, nostraque omnia commendata sibi habeat, & in vera fide & inuocatione ad beatorum consortium traducat. Quanquam non tantum his annis, sed omni momento obnoxij sumus calamitatibus & morti, ad quæ omnia toleranda, ut viros fortes & Christianos decet, semper parati esse debemus, scientes Deum vitam nostram & longitudinem dierum esse.

Adiecta sunt hic in fine duæ tabulæ annorum climactericorum & enneaticorum, quæ sunt collectæ ex 7. & 9. numero; ex quibus videre licet ad quos aspectus & domos ascendens & cæteri planetae profectioe his annis perueniunt.

Similiter his adiuncta est figura natiuitatis Henrici Rantzoij cum succincto iudicio, nuper à doctissimo viro D. Conrado Dasipodio Astrologo Argentinensi edita.

Numé- rus	Anni Clima- cterici	Aspe- ctus in profe- ctione		Numé- rus	Anni ennea- tici	Aspe- ctus p profe- ctione	
1	7	♄ 7	dom.	1	9	△ 9	dom.
2	14	2	dom.	2	18	♄	dom.
3	21	△ 9	dom.	3	27	♄ 3	dom.
4	28	□ 4	dom.	4	36	12	dom.
5	35	* 11	dom.	5	45	ad △ 9	dom.
6	42	ad ♄	dom.	6	54	♄	dom.
7	49	♄ 1	dom.	7	63	* 3	
8	56	8	dom.	8	72	12	dom.
9	63	* 3	dom.	9	81	△ 9	
10	70	□ 10	dom.	10	90	♄	dom.
11	77	△ 5	dom.				
12	84	12	dom.				
13	91	7 ♄	dom.				

8 præcedēs cadit in decimam domum, nam D fuit in 19^o grad. xx supra terram.



Omnes planetæ sunt in planetarum exaltationibus: ergo honores.

1. ☉ in exaltatione excellentes honores atque dignitates largitur.
2. Duo Planetæ in proprijs domibus, faciunt illustrem & splendidam ac celebrem fortunam: & in maxima vitæ parte, & in suis actionibus felicem & fortunatum.
3. ♃ Naturalis significator religionis iunctus ☉ & ✱ aspectu intuens D & ☿: pietatis, ac veræ religionis, sinceritatis, modestiæ, & cæterarum virtutum studiosum reddunt.
4. ♀ In angulo dat alacritatem ingenij, literarum atque disciplinarum studium: im primis verò rerum mathematicarum & naturalium.

5. ☿ & ☿

5. ☿ & D In quocunque fiat signo, excellentia facit ingenia, in quibus non tantum est indolis præstantia, sed & industria atque sagacitas eximia: sed Retrogradus ☿ actiones, non ingenium impedit.

6. ♂ Morborum significator calidas & siccas infirmitates corporis adfert.

7. ♃ Generalis significator diuitiarum in 7. ex conjugio diuitias durabiles per omne tempus vitæ largitur; præsertim cum sit fortis & fortunatus.

8. Septima domus cum suis significatoribus bene constituta, felicissimum dat coniugium; præsertim cum benefici Planetæ in 7. existentes sint felices & potentes; nobilem, diurem, & opulentam atque bene moratam coniugem promittunt. & cum D intueantur aspectu benigno, concordiam & vnamilitatem coniugum largiuntur.

9. Itinerum significatores, promittunt itinera honorifica & ob res Iouiales, talisque actiones, & ad personas, vel propter personas regias instituta. ♂ in 5 cum h in proprio signo, et si hi in hoc loco solēt negare filios, tamen cum ♂ sit Dominus natiuitatis Ascendentis & s domus, in sua triplicitate & termino fortis, dedit filios & datos seruabit, eruntque potentes: nam h propter loci præstantiam s domus nihil mali perpetrare poterit, in domo ♂, circumdatus à ☉ & ♂.

Mors subitanea adueniet Rantzouio, cum ☉ h & ♂ sunt in signo violento & ☿ draconis in 8. domo cum stella violèta Hercule: Erit tamen longæuus, propterea quòd Hilech & Alcochoden sunt fortes, & Ascendentis & D signa sunt humida, & satis humidi radicalis suppeditant nato. Dominus verò Ascendentis & Almuthen, scilicet per se feruens est, & feruidum signum domicilium proprium occupat, vnde aequali mensura natiuum calorem humido radicali proportionatum præbet; ita vt neque humoris redundantia calorem extinguat, neque consumi citò ab illo possit.

Minantur tamen illi astra mortem Anno Climacterico 56. profectio enim eius ascendentis peruenit ad octauam domum, & ☉ h. & ♂. & Luna quæ est Hilech ad oppositionem ☉ h. & ♂. Sed cum directiones nō adeò sint male, (directio enim ascendentis à △ Martis ad ☐ Solis tendit) illum annum hunc iuperaturum spero.

G ♂ in

- ♁ in propria domo. ♀ in propria domo.
 ♀ benigna ♃ & ♀ fortunarum in domo propria ♀ fortunaz.
 * aspectus ♀ & ♃ ad ♃ ex 7. Cardinali domo, in 4.
 * aspectus ♀ & ♃ ad ♃ locum ex 7. Cardinali domo in 4.
 ♁ ♀ & ♃ in 4. domo Cardinali.
 ♁ & ♃ in 2. domo.
 ☉ & ♃ in ♃ infortunata est: præterquam ♁, cætera omnia bona feliciæque sunt. Directi & veloces sunt omnes: exceptis ♃ Retrogrado;

SEQVNTVR VERSVS
DE PLANETIS.

SATVRNVS.

*Mortales odio infestans & peste maligna,
 Falcifer immitti deuorat ore senex.
 Ora modis miris semper cui liuida pallent,
 Inuidia huic cordi est ambitioque latens.
 Turpis, iners animus, frigus sub pectore torpet,
 Adiuvat heredem, vomere scindit humum.*

I VP I T E R.

*Vtilis affulget incundo sidere terris
 Iupiter, unde iuuans dicitur esse pater.
 Iura, Magistratus, foras, templa tuerur &
 vrbes,
 Iustitia clarus, consilijq; viget.
 Efficit hic magnis gratos, & amator honesti,
 Ex imo natos tollit ad alta gradu.*

M A R S.

*Ignæus ecce micat rubicundo lumine Maiors,
 Pectus & accensum feruida bilis agit.
 Hunc ira rabies, furor, arma ferocia, cades,
 Proditio, bellum, seditiõque inuuant.
 Sepius apportat claram victoria famam,
 Lites ex spolijs disidijsq; facit.*

SOL.

*Sol oculus mundi, vitæ sol lucis & auctor
 Lucens solus humo, nomina Solis habet.
 Magnanimos, iustos, creat hic & saepe superbos,
 In solio regis collocat atque duces.
 Longæuos facit hic & magno nomine claros,
 Splendida fert Regum dona favore potens.*

VENUS.

*Hæc Soli vicina Venus nitet aurea vultu,
 Blanda, decens, formæ iura potētis habet:
 Letitiam, choreas, lusus amat, otia quarit:
 Editus hac amor est, hac genitrice iocus:
 Vere nouo gaudet, terram fecundat & aquor,
 Commoda dat thalami fœdera, dote beat:*

MERCURIUS.

*Mercurius fertur breuibus leuis aethere gyris,
 Inconstans, varius, nec statione manet:
 Hic aciem ingenij, varias largitur & artes,
 Dulcis & orator voce, poëta lyra est.
 Mercator bonus est; animi vim mobilis æquè
 Applicat ille bonis, applicat ille malis.*

LUNA.

*Luna per humētes tenebras & cædida bigis
 Luce micat fratris: corpora magna creat.
 Herbosis habitat ripis, freta carula ponti
 Nauigat: extremo quarit in orbe domum.
 Dat thalami socias, in regna ablegat & vrbes,
 Instabilis*

Instabilis vitæ mutat & illa genus.

Hæc disticha singulorum planetarum domos,
 exaltationes & casus complectuntur. H.R.

*Saturni domus est noctis caper, urna dici,
 Huic dolor est Aries, gloria libra, seni.
 Iupiter arcitenentis habet cum Pisce sagittam,
 Cui tamē in cancro sors bona, iniqua capro.
 Sed Martis domus est Aries & Scorpio pug-
 gnax;
 Huncq. caper tollit; cancer ad ima premit.
 Sol habet hospitium sibi solus in ade Leonis,
 Atque illi est Aries gloria, libra dolor.
 At Venus in Tauro, libraeq. per atria versat,
 Piscibus exultat, Virgine pressa iacet.
 Mercuriusque habitat Geminorum in sede,
 triumphat
 Virgine, & est maestus Pisce adeunte caput.
 Luna domum Cancri tenet: illam Taurus ho-
 norat,
 At supra hanc versans Scorpio sorte premit.*

MENSIVM LABORES H.R.

IANVARIUS.

*Ianus vina bibit, crepitantique asidet igni,
 Et pingues carnes torret, ceditque suum.
 Annuum præteritum claudit, reserâtque fu-
 turum,*

G 3 Sed

Sed venam ferro tangere, iure vetat.

ALITER.

*Iane biceps, anni fnis, redeuntis origo,
Letus ad igniuomum decoque parta focum.*

FEBRUARIUS.

*Indurat liquidas glacie Februarius undas,
Frigeóque exclamat, ligna bipenne secat.
Excitat ad Venerem, mandátque incidere
venam,
Sub glacie multos pisciculósque capit.*

ALITER.

*Qui Februot tibi nec pelles, nec ligna reseruas,
Falleris; hac currum, qua ratis ibat, ages.*

MARTIVS.

*Vomere scindit agros, noctésque diebus ade-
quat
Martius, ac veris tempora leta creat.
Balnea inire iubet, & nauibus equora sulcat;
Ac vitem, frondes arboreasque putat.*

ALITER.

*Vomere scindit agros, noctésque diebus adequat
Martius, & veris nuncia hirundo redit.*

APRILIS.

*Arboribus frondes, dat cāpis gramen Aprilis,
Perficit ac pleno munere veris opus.
Humores purgare iubet medicamine prauos,
Et celebrat Christi Paschata sacra gregis.*

Aliter

Aliter.

*Cana vires tellus, è frondibus induit arbor,
Aprili gemmans eliciente decus.*

MAIUS.

*Maius habet flores, flauum facit inde butyrum,
Latitiáque hilarat cuncta creata sua.
Venatu inuigilat, quo longas transigat horas,
Temperie superat tempora cuncta sua.*

Aliter.

*Salve ter felix ó Maie smaragdine, salve;
Temperie certant tempora nulla tibi.*

IUNIUS.

*Iunius ad seni profici scitur horrida Martis
Prælia, mellificat, fænáque falce metit.
Crescentem segetem spicis exasperat, atque
Lanam ouium tondet, Solstitiumque facit.*

Aliter.

*Iunius aestiuo, detonsa tempora lana
Descendas pecori solstitium inbeo.*

IULIVS.

*Iulius ardenti Cane torridus arua perurit,
Et gelido nudos abluit amne viros.
Falce metit segetes, sequitur vestigia cerni,
Ac lepores fallit seu cane, siue plagis.*

Aliter.

*Sub brumam ne forte pecus moriatur, Iuli
Prospicis, & curua gramina falce secas.*

G 4

AV-

AUGUSTVS.

*Augustus pyra dat; maturat poma calore;
Ad coitum cervos sollicitatque vagos.
Aestiferi Canis ardores hic terminat idem,
Atque operas finem messis habere facit.*

Aliter.

*Iam maturescunt Augusti munere fruges,
Cúmque amplo sortem fenore reddit ager.*

SEPTEMBER.

*Stercore September sterilem facundat agellum,
Proscissóque iacit semina lecta solo.
Maturas roseo de palmite colligit vnas;
Noctem aequat luci, dulcia musta coquit.*

AUGUSTVS.

*Augusti Ceres est, Septembris munus Iacchus,
Vnde homines viuunt, nos duo perficimus.*

OCTOBER.

*Frigoribus calum magis intractabile reddit
October, stabula hinc cogit adire pecus.
Arboribus fructus adimit, spoliátque decore,
Atque etiam cupide turbida musta bibit.*

Aliter.

*October mustum calcatis exprimit vuis,
Et seret hac anno qua redeunte metat.*

NOVEMBER.

*Ligna vehit, maetátq. boues, & letus ad ignem
Ebria Martini festa Nouember agit.
Ad pastum in siluam porcos compellit, & ipse*

Fin-

Pinguibus interea vescitur anseribus.

Aliter.

*Autumnus quacumque dedit, consumo No-
uember;*

Et pinguem hiberna glande trucido suem.

DECEMBER.

*In niue persequitur vestigia pressa ferarum,
Abluit & calida membra December aqua.
Affert solstitium, celebrat cunabula Christi,
Et iugulat porcos, tribula dura ferit.*

Aliter.

*Haud auis, haud fera venanti decet vlla De-
cembri,*

*Quamuis ringat atrox & gelet usque
vadum.*

Versus continentes diuisionem anni,
mensium, dierum.

*Absoluit cursum duodenis mensibus annus,
Quattuor hebdomadas mensis cõplectitur vnus,
Hebdomada est septem rursus distincta diebus,
Quaeque dies constat viginti quatuor horis.
Attamen integris numeratus partibus annus,
Ter centum cum sexaginta quinque diebus
Perficitur: si sex tamen addas insuper horas,
Integer inde dies quarto fit quolibet anno;
Hinc bissextilis tum denique nascitur annus.*

G 5

His

His comprehenduntur qualitates &
proprietates anni. H. R.

*Ver prabet flores, calidum ver feruet & humet:
Aestas sicca calet, formosa est mensibus Aestas:
Mustadat & morbos Autumnus, siccatur & alget.
Friget & humet Hiems glacie & niue flumina
stringit.*

Tetraſtichon fertilitatem anni
designans. H. R.

*Mensis ubi fuerit Martis sub nube serenus,
Et contra pluuijs fetus Aprilis aquis:
Frigora si Maius secum trahat, aureus annus
Tunc tibi, & omnigenis fructibus uber erit.*

His versibus comprehenſi ſunt
menſium dies.

*Iunius, Aprilis, Septēber, & adde Nonēbrem:
Hi denos ter habent, dinumerantque dies.
Hinc omnes reliquos menses ex ordine Iani,
Vnum & triginta quosque tenere ferunt.
Sed Februus tantum viginti continet octo,
Ille bisextilis nisi tamen annus erit.*

Hi

Hi menses anni continent & signa in qui-
bus Sol versatur: deinde Solstitia &
Æquinoctia. H. R.

*Martius atque Aries producunt tempora veris.
Aprilis secum torui fert cornua Tauri.
Floribus adducit Geminorum sidera Maius:
Solstitium æstiuum Cancrifer fert Iunius axe.
Quintilem mensē Leo feruidus igne perurit.
Augusto messes tecum trahis aurea Virgo.
Acquat September noctes examine Libra.
Scorpius Octobrem pugnae iubet ire minacem.
Exerit Arcitenens medio sua signa Nouembri.
Solstitiumque affers hiemis Capricorne Decēbri.
In medio Iani madidi stat sidus Aquari.
Procedunt duplices in Februa tempora Pisces.*

A D L E C T O R E M T H E O -
P H I L V S S Y L V I V S .

V F C V N Q V E me præstitisse arbitror, can-
dide lector, ea quæ titulus huius brevis
tractatus promittit. Si autem in describendo
aut singula nomina seorsum sub annis suis col-
ligendo errauerim, aut forsitan numeros trans-
posuerim, id festinationi meæ potius, quam
negligentiæ ascribas velim. Quod si etiam
inter hos, qui annis climactericis perierunt,
non-

nonnullos inueniēs annotatos aliquo anno mortuos, in quem tamen eorum obitus non præcise incidit; certò nihilominus deprehēdes, illos plerumq. circa illum annū paulo antè, vel statim pòst defunctos esse. Quinetiam interdum diuersæ sunt historiarum sententiæ, de morte nonnullorum illustrium virorum. Sed tamen hic nihil huiusmodi annotatum est, quod non ex auctore vel historiographo aliquo probari queat. Hæc breuiter tibi significanda esse duxi, vt que meam operam in describendo ac edendo boni consulas, rogo. Si gratum tibi hunc laborem esse intellexero, breui alia maiora ex eadē bibliotheca Rantzouiana proferam. Vale.

Henrici Rantzouij encomion.

*Sunt tibi cum regum, tum publica cōmoda cura,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus & patriæ pariter Musisq. placere,
~~Quod~~, ~~hæc~~ ~~id~~ ~~ingenium.~~*

Aliud.

*Fidite Pierides; vobis Rantzouius heros
Inter opes lituos, inter & armalitat.*

Aliud de familia Rantzouiana.

*Hactenus ambiguo lis hæc sub iudice pendet,
Artibus*

*Artibus aut armis lāusne ferenda prior:
Rantzouia Pallas litem hanc in gente diremit,
Has illis, illa his posse carere negat.
At domus est Cimbris non vlla vetustior oris,
Pluribus & qua nunc claret imaginibus.*

F I N I S.

Nihil habet hic tractatus contrarium fidei
Catholicæ, quod æquum lectorem possit of-
fendere; quod attestor

*Waltherus vander Steeghen S. Theologie
Licentiatus Canonicus Antuerpiensis.*